Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/sinica-franciscana_1961_6_part-2

SINICA FRANCISCANA

VOLUMEN VI

Pars altera

SINICA FRANCISCANA

VOLUMEN VI

RELATIONES ET EPISTOLAS

PRIMORUM FRATRUM MINORUM ITALORUM IN SINIS

(*Saeculis XVII et XVIII*)

COLLEGIT ET AD FIDEM CODICUM REDEGIT
ET ADNOTAVIT

P. GEORGIUS MENSAERT O.F.M.

COLLABORANTIBUS

PP. FORTUNATO MARGIOTTI et SIXTO ROSSO O.F.M.

Pars altera

ROMAE 1961

ALMA COLLEGE
275.1
LIBRARY
W 991
Los Gatos, Calif.
59248

III

P. FR. BASILIUS BROLLO

A – BIOGRAPHIA

Matthias - Andreas Brollo, in religione P. Basilius, sinice *Yeh Tsun-hsiao*, filius primogenitus Valerii et Ioannae Rodisea, Glemonae 25 martii 1648 natus est[1]. Ordini seraphico in provincia reformata veneta S. Antonii nomen dedit et die 10 iunii a. 1666 minoriticum habitum Baxani sumpsit. A. 1674 Venetiis sacrum presbyteratus ordinem recepit. Per sex annos lectoratus munere fungebatur docendo Asoli philosophiam et Patavii theologiam. Appulso Dno Della Chiesa eiusque sociis, iter ad Sinas facientibus, in portum Venetiarum, aderat ibidem in conventu S. Bonaventurae[2]. Eorum exemplo excitatus, et obtenta a ministro provinciali licentia, necnon decreto S. Congregationis 6 augusti 1680, primae missioni Franciscanorum italorum in Extremo Oriente aggregatus est[3]; et iuramento in manibus Dni Bernardini emisso[4], in comitatu eiusdem navem conscendit die 25 octobris, cursum maritimum in Syriam directurus[5].

P. Brollo, qui per totam vitam tenui fuit valetudine, iam in primo tractu itineris – Venetiis in Surate – pluribus infirmitatibus obnoxius fuit[6]. In portu Surate, iussu Dni Francisci Pallu tunc ibi degentis, una cum Dno Della Chiesa et P. Io. Francisco Nicolai recta via in Sinas missus est. Tres fratres in Bantam profecti, adversa sorte die 8 iulii 1682 naufragium fecerunt et trans Bataviam et Siamum vix die 27 aug. 1684 Cantonem appulerunt[7].

---

[1] Testimonium baptismi in archivo paroeciali de Glemona; nomen sinicum in ep. ad christianos de *Foochow* iunii 1700, textus sinicus in *ARSI JS 165*, 200; in inscriptione sepulcrali Dni López tamen datur nomen *Yeh Ch'ung-hsiao*, textus in *ARSI JS 157*.

[2] V. Fabris, *Vita breve*, 12-19; Della Stua, *Memorie*, 12-28; Patriarca, *Il P. Bas. Brollo*, 4-18; Rachelli, *P. Bas. Brollo*, 3-6; Tinti, *Vita e missioni*, 1-7.

[3] *APF Acta CC GG 1680*, vol. 50, 199-200.

[4] Docum. I, praestatio iuramenti oct. 1680.

[5] Itineris vicissitudines iam fuse descriptae sunt supra, biogr. Nicolai, n. 10. V. etiam ep. Brollo a. 1681-84.

[6] Ep. 17 febr. 1681, num. 3; ep. 19 febr. 1681, num. 3; ep. ad V. Brollo 14 dec. 1681, num. 4; ep. 8 apr. 1682, num. 1; *SF IV*, 485.

[7] V. supra biogr. Nicolai et Della Chiesa. Dies adventus Cantonem datur etiam in ep. Brollo 16 martii 1685, num. 1; ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 1.

P. Basilius per novem menses Cantone, in residentia S. Francisco dicata, apud fratres hispanos remansit. Linguae studio deditus, paulatim etiam in sacrum ministerium introductus est et, tam in ipsa Cantoniensi metropoli quam in urbe *Tungkwan*, sub hispanorum fratrum directione, sacramenta fidelibus ministrabat. Vix per quatuor menses in Sinis commoratus iam 20 neophytos sacro baptismate ecclesiae aggregavit[8].

Ubi primum D. Della Chiesa, novus vicarius ap. *Fukiensis*, gubernium assumpsit et controversias de iurisdictione composuit, nominavit exeunte mense aprili 1685 P. Brollo provicarium totius vicariatus novem provinciarum[9]. Episcopo ad visitationem canonicam profecto, P. Basilius ad ecclesiam B. M. V. de Portiuncula intra muros civ. Cantoniensis migravit et curam huius christianitatis per novem menses gessit[10]. Hoc tempore, iussu et nomine Dni Bernardini, S. Sedem certiorem reddidit de omnibus, quae Cantone acta fuerant circa iuramenti suspensionem et vicariatuum ap. gubernium, pluraque missionariorum iuramenta, duorum vicariorum ap. auctoritate, ad S. C. mittere curavit[11]. Coeterum linguae sinensi studio indefesse se dedicavit[12].

Post festa paschalia anni 1686, cura ecclesiae Portiunculae in manibus P. Lucae Estevan relicta[13], P. Basilius Dnum Della Chiesa in eius secunda pastorali visitatione comitatus est. Cantone die 20 apr. 1686 relicto, ambo perlustraverunt prov. *Kiangsi* et *Fukien* et die 20 oct. 1686 Cantonem reversi sunt[14]. P. Basilius libellum supplicem christianorum de *Kienning-hsien* (*Fukien*) in linguam latinam vertit et una cum epistola episcopi ad S. C. misit[15]. Hieme 1686-87, aegrotante Dno Bernardino, plures epistolas ad S. C. scripsit et usque ad

---

[8] Ep. 27 nov. 1684, num. 2 et 8; ep. 2 dec. 1684; ep. 3 ian. 1685, num. 3.

[9] Ep. 6 oct. 1685, num. 24; ep. ad cardinales 15 oct. 1685, num. 2.

[10] Ep. 21 sept. 1685, num. 6; ep. 6 oct. 1685, num. 8; ep. 17 nov. 1685, num. 1.

[11] Testimonia 13 aug., 1, 10 et 15 oct. 1685; ep. 6 oct., 15 oct., 16, 17 et 30 nov. 1685.

[12] Ep. 24 nov. 1684, num. 2, 3 et 7; ep. 16 martii 1685, num. 1; ep. 21 sept. 1685, num. 6; ep. 6 oct. 1685, num. 8.

[13] V. testimonium P. Lucae, 20 apr. 1687 iam fere per annum huius ecclesiae curam gerentis, in *SF IV*, 430, num. 4.

[14] Ep. 7 maii 1686, num. 1-2; ep. 13 dec. 1686, num. 4; v. etiam supra biogr. Dni Della Chiesa, ad n. 17; *SF V*, 121-23.

[15] App. Brollo, num. 21; *SF V*, 122, num. 2.

sept. huius anni totis viribus in studiis linguae sinarum vitam egit[16]. Per totum hoc tempus 300 neophytis sacrum baptismum ministraverat[17].

D. Della Chiesa mense sept. 1687 recepit Cantone apostolicum breve, quo vicarius ap. de *Chekiang* et *Hukwang* renuntiatus est. Propter adventum tamen pp. gallorum SI ad Sinas, episcopus eiusque provicarius discessum per duos menses procrastinaverunt[18]. Exeunte mense nov. 1687 profecti sunt per *Kwangtung* et *Kiangsi* in provinciam *Chekiang* et tandem 24 febr. 1688 *Hangchow-fu* pervenerunt[19]. D. Bernardinus in hac metropoli, per epistolas ad Sacram C. directas, P. Basilium in suum postulavit coadiutorem[20]. Interea P. Brollo per sex menses et amplius gravem sustulit infirmitatem. Nondum perfecte sanatus mense oct. Nankinum profectus est, ut una cum episcopo alteram vicariatus provinciam adiret. Nankini tamen per totam hiemem degit: verisimiliter quia episcopus, propter debilitatem sui provicarii, iter in prov. *Hukwang* usque ad febr. 1689 distulerat[21].

P. Basilius 6 martii 1689 appulit *Wuchang-fu*. Per quatuor menses, tamquam socius vicarii ap., christianitates huius provinciae perlustravit et 30 catechumenos baptizavit[22]. Nankinum reversus, mox urbem *Shanghai* petivit, ubi per octo menses apud Dnum López et Patrem Nicolai remansit[23]. Hactenus, quinque annorum spatio, 600 infidelibus propria manu sacrum baptisma contulerat[24].

---

[16] Ep. 24 nov. et 13 dec. 1686; ep. ad V. Brollo 28 oct. 1687, num. 5; ep. 30 oct. 1687, num. 2.

[17] Ep. 4 sept. 1687, num. 2; ep. ad V. Brollo 1 oct. 1687, num. 3; ep. ad A. Brollo 1 oct. 1687, num. 2; ep. ad prov. 28 oct. 1687, num. 2; ep. 30 oct. 1687, num. 1.

[18] Ep. 23 oct. 1687, num. 5; ep. ad prov. 28 oct. 1687, num. 3; et supra biogr. Dni Della Chiesa, nn. 19 et 20.

[19] Ib., ad n. 21; ep. 21 dec. 1687, num. 1; ep. 3 febr. 1688, num. 2.

[20] V. ep. Dni Della Chiesa 12 apr. 1688, num. 7, ed. in *SF V*, 150, num. 7.

[21] Ep. 9 nov. 1688, num. 1; ep. 1 febr. 1689, num. 6; ep. 1 maii 1689, num. 2; ep. 20 oct. 1689, num. 2; v. etiam supra ep. Nicolai 3 oct. 1688, num. 3; biogr. Dni Della Chiesa, ad nn. 22 et 23.

[22] Ep. ad V. Brollo 28 oct. 1689, num. 3; et supra biogr. Dni Della Chiesa, ad. n. 24.

[23] A 17 iulii 1689 usque ad martium 1690, v. ep. 4 oct. 1689 usque 17 ian. 1690; et supra biogr. Dni Della Chiesa, nn. 26, 28.

[24] Ep. ad prov. 28 oct. 1689, num. 2; ep. ad V. Brollo 27 nov. 1690, num. 1; ep. ad eundem 8 apr. 1691, num. 2; *SF V*, 233, num. 14.

In urbe *Shanghai* indefesso calamo utens, elucubrabat prolixiores relationes, quibus D. Della Chiesa tristem sinensis missionis statum Summo Pontifici et Sacrae C. exposuit et plura longioraque scripta, pro componendis concertationibus a Dno Maigrot excitatis, simul cum episcopo exaravit[25]. Propter duritiam autem Dni Maigrot, episcopus et P. Basilius mense martio 1690, non in provinciam *Chekiang* quae ad suum vicariatum pertinebat, sed in prov. *Kwangtung* demum reversi sunt et die 31 maii 1690 Cantonem advenerunt[26].

In hac civitate P. Basilius Dno Della Chiesa uti provicarius et secretarius inserviit, donec post duos annos cum eo Nankinum petiit. In hanc metropolim 29 nov. 1692 perveniens[27], ibidem per octo annos continuos commoratus est. A. 1694, non obstante fracta valetudine, ad finem adduxit primum suum dictionarium sinico-latinum[28]. Nulla ex a. 1695 epistola sua exstat. In absentia patris Nicolai, qui administrationem missionis in *Anking-fu* assumpserat, P. Brollo curam gessit de 200 neophytis, qui tunc christianitatem fratrum italorum Nankini componebant[29].

Exeunte a. 1696 perfertur nuntius Nankinum de vindicatione, confirmatione et dilatatione vicariatuum ap. in Sinis – ab ipsa S. C. vigorosissime molita, Summo Pontifice plaudente et approbante[30] –, qui post tot annorum dubia et anxietates, novas vires P. Basilio addidit. P. Nicolai, antequam Romam proficisceretur, iurisdictionem suam in vicariatum ap. Nankinensem Dno Della Chiesa cesserat, quam P. Basilius coram Dno Alex. Ciceri, Nankinensi episcopo, acriter sustinuit atque defendit[31]; pluribusque scriptis vindicavit fortiter et constanter iura vicariorum ap., contra immoderata postulata episcoporum

---

[25] Ep. 4 oct., 18 et 21 nov. 1689; ep. 17 ian. 1690; v. supra ep. Della Chiesa 17 ian. 1690; *SF V*, 182-206; 207-10.

[26] V. supra biogr. Dni Della Chiesa, ad n. 28; *SF V*, 6, 213-14, 226-29.

[27] Ep. 20 oct. 1690, num. 1; v. etiam supra biogr. Dni Nicolai, ad nn. 62-65; et biogr. Dni Della Chiesa, n. 31.

[28] V. infra *Opera sinologica et sinica*, num. 1. Quoad suam valetudinem, v. supra ep. Nicolai 17 apr. 1694, num. 11.

[29] V. ep. Nicolai ad patrem suum 7 nov. 1694, num. 2; et supra biogr. Dni Nicolai, ad nn. 69-70.

[30] V. supra ep. Nicolai 17 oct. 1696, num. 3; ep. Della Chiesa 16 nov. 1696, num. 20.

[31] Docum. mensis febr. 1698.

patronatus lusitani[32]. Eodem tempore magnam partem etiam habuit in conficiendis longioribus responsis apologeticis Dni Della Chiesa, episcopo Nankinensi iterato datis[33].

Interea a. 1697 P. Antonius da Silva, secretarius episcopi Nankinensis, dissensionem inter duos episcopos rursus excitavit, exigendo a provicario Dni Bernardini ut eiusdem nomine clare diceret quid de omnimoda Ordinarii auctoritate in hac dioecesi sentiret[34]. P. Basilius, in responso ad patrem Silva 2 nov. 1697 dato, veram vicariorum ap. opinionem dilucide formulavit; *Praeter Dni Nankinensis ordinariam iurisdictionem, a qua sum exemptus, agnosco aliam a Summo Pontifice delegatam cui subdor*[35]. Haec fuit ratio, cur P. Brollo die 27 dec. 1697 – quando ad gratulandum festa natalitia Dno Ciceri collegium Nankinense adiit – ab Ordinario receptus non est; imo a P. Silva, duobus PP. Iesuitis adstantibus, excommunicatus declaratus est[36].

P. Basilius, qui per fere totum a. 1698 gravi infirmitate laborabat, assidue curatus est a P. Io. Baptista Morelli, cui contigit ut per decem menses Nankini tunc commoraretur. Lente tantum vires et valetudinem recuperavit[37]. Ineunte nov. huius anni, Nankini recepit nuntium se ab Innocentio Papa XII, per breve ap. datum die 20 octobris 1696, primum provinciae *Shensi* vicarium ap. nominatum fuisse[38]. Prope finem martii 1699, una cum aliis missionariis Nankini praesentibus, ab imperatore *Kanghsi* – qui provincias australes visitando, ad hanc metropolim venit – perhonorifice exceptus et tractatus est[39].

Mense maio 1699 P. Brollo recepit nuntia, quibus sua electio in vicarium ap. de *Shensi* confirmata est; non potuit tamen provinciam

---

[32] Docum. 4 oct. 1697; etiam tractatus a Dno Della Chiesa Romam missus et in *SF V*, 236-42 editus, manu P. Basilii scriptus, ab eo videtur compositus esse.

[33] V. supra ep. Della Chiesa 10 et 16 nov. 1696; 30 martii et 20 apr. 1697; 20 et 28 febr. 1698; *SF V*, 355-57; 366-72.

[34] App. Brollo, num. 57, 58 et 59.

[35] Ep. 2 nov. 1697, ad tertium; v. etiam ep. 4 et 8 nov. 1697.

[36] Ep. 22 oct. 1698, num. 1; ep. 10 nov. 1698, num. 2; *SF V*, 367, 371, 378.

[37] Ep. ad cardinales 22 oct. 1698, num. 1 et 5; ep. 27 oct. 1698, num. 1; ep. 10 nov. 1698, num. 2; *SF V*, 364, num. 3; 377; num. 2.

[38] Vicarius ap. non-episcopus brevi *Cum nos nuper* 20 oct. 1696 electus, textus in *AV Secr. brev. 1952*, 32. V. ep. 12 ian. 1699, num. 2; *SF V*, 375, 381-83.

[39] Ep. 5 aug. 1699, num. 3; ep. 14 aug. 1699, num. 3; *SF V*, 397, num. 3; v. etiam ep. Ios. Monteiro 14 aug. 1699, in *ARSI JS 166*, 354.

sibi concreditam adire, quia breve ap., quo vicarius ap. renuntiatus est, nondum ad suas manus pervenit; nec socium invenit, qui eum in hanc longinquam missionem comitaretur; nec subsidium S. C. recepit pro expensis longissimi itineris et suae sustentationis in hac provincia[40]. Dolens de sua conditione, recte animadvertit quod spatio *19* annorum suae commorationis in Sinis quater dumtaxat S. C. eleemosynas obtinuerat[41]. Eodem tempore indefesse laborabat in exscribendo definitivum exemplar magni sui operis per tot annos praeparati: secundum suum dictionarium sinico-latinum[42].

Tandem Nankini die 24 ian. 1700 recepit breve ap. quo vicariatus de *Shensi* sibi concreditus est; vix recepto subsidio pecuniario iter aggredi cupiebat[43]. Mense martio civitatem *Kashing* (*Chekiang*) adiit ubi, in ecclesia Soc. Iesu, una cum Dno de Lionne, adstitit consecrationi episcopali, quam D. Della Chiesa contulit Dno Carolo Maigrot[44]. Mense aprili vel maio, Nankini recognovit et subsignavit 92 propositiones de religione et doctrina sinica, quae a Dno de Lionne collectae et praesentatae fuerant[45]. Mense maio pervenerunt Nankinum litterae encyclicae quorumdam christianorum civitatis *Foochow*, directae ad omnes episcopos et vicarios ap. in Sinis, adversus novum episcopum Carolum Maigrot. Dnus Della Chiesa, D. Alvarez de Benavente, vicarius ap. de *Kiangsi*, ac P. Basilius illis neophytis commune dederunt responsum, verisimiliter ab ipso P. Basilio – lingua sinensi peritiore – concinnatum, enixe adhortantes auctores ut ad vera christianorum officia redirent[46].

Die 25 iunii, post 8 annos suae commorationis Nankini, P. Basilius una cum Dno Della Chiesa ad prov. *Shantung* profectus est, in cuius metropolim *Tsinan-fu*, die 25 iulii pervenit[47]. Socio itineris aegrotante,

---

[40] Ep. 5 aug. 1699, num. 1 et 3; ep. 13 nov. 1699, num. 1.

[41] Ep. 5 aug. 1699, num. 2.

[42] Ep. 29 iulii 1699, num. 1; ep. 13 nov. 1699, num. 3; et infra *Opera sinologica et sinica*, num. 1.

[43] Ep. 28 ian. 1700, num. 1.

[44] Docum. 14 martii 1700, ed. in *SF V*, 411.

[45] Docum. apr. vel maii 1700, infra descriptum.

[46] V. supra ep. Della Chiesa, docum. iunii 1700.

[47] Uti dies discessus ex Nankino datur *24* vel *25* iulii 1700, v. ep. 30 aug. 1701, num. 2; 2 sept. 1701, num. 2; *SF V*, 416, num. 1; v. etiam supra biogr. Dni Della Chiesa, ad n. 36.

debuit expectare adventum alterius religiosi, quod retardavit eius profectum in proprium vicariatum[48]. Cedens petitioni Dni Della Chiesa, mense sept. una cum illo metropolim Pekinensem adiit, ubi remansit a 19 sept. usque ad 11 oct.[49] Pekini scripsit Summo Pontifici epistolam gravitatis plenam, in qua, totius missionis bonum prae oculis tenens, supplex efflagitavit plenam independentiam pp. gallorum Soc. Iesu a superioribus lusitanis, necnon diminutionem – imo suspensionem – funestae lusitani patronatus potentiae[50]. Eodem anno 1700 prima vice occurrunt in suis epistolis dubia de validitate sinicae formae baptismi[51]. Rationes dubitandi pluries exposuit in suis doctissimis scriptis, directis ad omnes Sinarum episcopos, vicarios ap. ac religionum superiores; nec usquam potuit animum suum liberare ab illis dubitationibus[52].

Post hiemis rigores, P. Brollo, diplomate imperiali per P. Philippum Grimaldi obtento[53], una cum socio P. Antonio Laghi die 11 apr. 1701 reliquit urbem *Tsinan-fu* ad proprium vicariatum profecturus[54], initiando novam ultimamque vitae suae periodum. P. Basilius hactenus, ab a. 1685 usque ad a. 1700, per tam longam annorum seriem, tamquam secretarius et provicarius indefessam assistentiam praebuerat episcopo Dno Della Chiesa. Mentis acumine praeditus et consilio plenus, usque in hanc horam actuositatem potius absconditam evolvebat et fere numquam ministerio pastorali directe deditus erat. Qualis pars industriae operae Dni Della Chiesa potius provicario quam ipsi episcopo tribuenda sit, difficillime determinari, nec infimam tamen fuisse recte suspicari potest. Eadem coniectura ducti, putamus multas epistolas, etsi fuerint ab episcopo subsignatae, in mente provicarii conceptas et elaboratas fuisse. Haud dubium est quin provicarii assistentia valde profuerit strenuitati et prudentiae in agendis Dni Bernardini.

---

[48] Ep. 28 ian. 1700, num. 7; ep. 8 oct. 1700, num. 1; ep. ad D. Fabroni 24 oct. 1700, num. 2 ss.; ep. ad prov. 24 oct. 1700, num. 1.

[49] Ep. 7 oct. 1700, num.3 ; ep. 8 oct. 1700, num. 1; ep. ad D. Fabroni 24 oct. 1700, num. 1; ep. ad prov. 24 oct. 1700, num. 2.

[50] Ep. ad Innocentium XII 7 oct. 1700, etiam a Dno Della Chiesa subsignata.

[51] Ep. ad D. Maigrot 24 oct. 1700.

[52] Inter ep. P. Basilii summaria horum documentorum edimus, v. docum. num. 133, 143, 146, 171-72, 174-76.

[53] Ep. ad D. Fabroni 6 sept. 1701, num. 1.

[54] Ep. 30 aug. 1701, num. 2; ep. 2 sept. 1701, num. 2; ep. ad card. 6 sept. 1701, num. 2; *SF V*, 424, num. 3.

P. Basilius, postquam per tres hebdomadas provincias *Shantung*, *Hopeh*, *Honan* et *Shensi* peragraverat, die 2 maii 1701 incolumis *Sian-fu* pervenit[55]. Fuit primus frater minor primusque vicarius ap., qui in hac prov. *Shensi* pedem fixit. Cum S. C. subsidia ad eius manus nondum venerint, primo anno impensis Dni Della Chiesa peregrinabatur et vivebat[56]. Novus vicarius ap. benignissime exceptus est a P. Antonio de Barros, SI lusitano, ministro ecclesiae de *Sian-fu* ac unico totius provinciae missionario, et per duos menses una cum socio in eius domo remansit[57]. Cum autem P. Barros a suis superioribus ex hac missione ad aulam Pekinensem avocatus fuit, curam cunctae provinciae novis missionariis reliquit[58], qui eam per duos successivos annos, i. e. ab ineunte iulio 1701 usque ad aug. 1703, soli administrabant.

P. Brollo, christiana communitate in metropoli visitata, ineunte iulio alteram missionem in *Sanyüan-hsien* petiit, in qua etiam per duos menses commoratus est. In utroque loco statum deplorabilem rei christianae explorando invenit: maxima antiquioris missionis pars deperdita lugetur; abundant apostatae; christiani nec numero nec qualitate eminent[59]. P. Basilius, statum totius vicariatus accurate cognoscere cupiens, mense sept. celeriter perlustravit totam partem septemtrionalem de *Shensi*; ipse ex una, P. Antonius ex altera parte, omnes christianitates visitaverunt omniaque munera apostolica expleverunt, et ambo ineunte octobri in metropolim regressi sunt[60]. Missio hactenus explorata, communitatibus de *Sian* et *Sanyüan* computatis, constabat numero 1.200 neophytorum. Duo missionarii usque modo 150 infideles sacro baptismate ecclesiae aggregaverunt[61].

---

[55] Ep. 12 aug. 1701, num. 2; ep. ad card. 6 sept. 1701, num. 2; ep. 7 sept. 1701, num. 2; ep. 30 iulii 1702, num. 3; ep. 4 aug. 1702, num. 2.

[56] I. e. eleemosynis a Dno Nicolai ex Philippinis ad episcopum missis, v. ep. ad D. Fabroni 24 oct. 1700, num. 2; ep. 1 sept. 1701, num. 5; v. etiam Cresi, *Mons. Antonio Laghi*, 104.

[57] Ep. 9 aug. 1701, num. 2; ep. 12 aug. 1701, num. 2; ep. ad card. 6 sept. 1701, num. 3.

[58] Ep. 9 aug. 1701, num. 2; ep. 12 aug. 1701, num. 2-3; ep. 1 sept. 1701, num. 2; ep. 7 sept. 1701, num. 6; ep. 30 iulii 1702, num. 3.

[59] Ep. 9 aug. 1701, num. 1; ep. 12 aug. 1701, num. 3-4; ep. 30 aug. 1701, num. 3; ep. 1 sept. 1701, num. 2, 3 et 8; ep. ad card. 6 sept. 1701, num. 3 et 5.

[60] Ep. 30 aug. 1701, num. 4; ep. 7 sept. 1701, num. 8; ep. 21 oct. 1701, num. 1.

[61] Ep. 21 oct. 1701, num. 1 et 6.

Maior autem christianitatis pars in meridie huius provinciae sita est, in districtu nempe praefecturae *Hanchung-fu* quae, accessu difficilis et valde distans, altisque catenis montium ab altera parte provinciae separata, iam a multo tempore assistentia missionarii derelicta, potissimum paterna vicarii ap. sollicitudine indigebat. Quia P. Basilius hanc praefecturam ante hiemis initia adire desideravit, ideo supra memoratam celerem explorationem missionis septemtrionalis perfecit et iam mense octobri sese accinxit ad iter in *Hanchung-fu* aggrediendum[62].

Antequam ad hanc praefecturam profectus est, enixe S. C. et S. Sedi supplicavit, ut facultas S. Confirmationem conferendi etiam vicariis ap. non-episcopis concederetur. Tempore enim quo Dnum Della Chiesa in suis pastoralibus visitationibus comitatus erat, experimento cognovit quanti momenti est hoc sacramentum[63]. Conspiciendo provinciam sibi concreditam tam magnam tamque derelictam, vivide sensit huius beneficii necessitatem. Imo P. Basilius, propter inexplicabilem neglectum Romae commissum, facultates non vicarii sed tantum praefecti apostolici obtinuerat[64]. Eodem fere tempore – verisimiliter ad eiusdem P. Basilii instantiam – etiam D. Della Chiesa, persuasus de efficacia s. confirmationis, eandem gratiam, graves adducendo rationes, pro illis petiit[65].

Ante finem mensis oct. 1701 P. Brollo, una cum P. Antonio comite suo, perdifficilem peregrinationem usque *Hanchung-fu* incoepit[66], quam iterato et accurate descripsit[67]. Transactis 13 diebus, postquam per septem dies asperrimos montes transierat, incolumis in hanc civitatem advenit. In amplo districtu huius praefecturae, praeter multos apostatas, invenit fere 2.500 christianos, huius nominis non nimis indignos,

---

[62] Ep. 1 sept. 1701, num. 3; ep. ad card. 6 sept. 1701, num. 4; ep. 21 oct. 1701, num. 1 et 6.

[63] Ep. 1 sept. 1701, num. 8; ep. ad card. 6 sept. 1701, num. 9.

[64] Praefectus ap. tunc erat simplex superior missionis regularis, sine ulla iurisdictione territoriali, v. ep. 24 ian. 1700, num. 1-5; ep. ad D. Fabroni 24 oct. 1700, num. 3-4; ep. 1 sept. 1701, num. 6-7; ep. ad card. 6 sept. 1701, num. 10.

[65] Ep. Dni Della Chiesa 22 oct. 1701, num. 8, ed. in *SF V*, 432.

[66] Ep. 21 oct. 1701, num. 6; ep. 16 febr. 1702, num. 4; ep. 6 iunii 1702, num. 7; ep. 30 iulii 1702, num. 4.

[67] Ep. 6 iunii 1702, num. 5; praesertim rel. 20 iulii 1702, num. 14; ep. 6 aug. 1702, num. 5; ep. ad A. Brollo 7 aug. 1702, num. 5.

qui per montes et valles dispersi hanc regionem incolebant. Fideles, qui generatim pauperiores sed meliores quam in septemtrione erant fereque incredibili ignorantia laborabant, distributi erant in tria missionis centra: *Siao-chai*, pagus fere totus catholicus, in valle prope flumen *Han* situs; *Chengku-hsien*, urbs intra cuius moenia aderat christianitas; atque *Ku-lu-pa*, parvus locus intra montes situs[68]. PP. Brollo et Laghi per septem menses munere evangelico indefesse functi sunt, christianos instruentes et ad sacramentorum receptionem rite disponentes, multis etiam infidelibus verbum Dei nuntiantes. In solemnitate Nativitatis Domini a. 1701, P. Basilius in *Siao-chai* ac P. Antonius in *Chengku* sacrum pro fidelibus solemniter celebraverunt et sacramenta patienter ministraverunt. Dein per quatuor et amplius menses restaurationi huius quondam pulcherrimae missionis assidue insudaverunt[69]. Nec defuerunt spirituales fructus: quando vicarius ap., mense maio 1702 metropolim provinciae repetens, ex *Hanchung-fu* discessit, multissimi christiani vel melius instructi, sacramentorum gratia roborati, vel in bonam viam reducti erant; atque 290 neophyti aqua baptismali regenerati[70].

Postquam P. Basilius regrediendo cum socio ad partem centralem provinciae die 27 maii pervenit *Sian-fu*[71], litteris patentalibus nominavit P. Antonium Laghi suum provicarium[72]. Mense iulio accuratam relationem de statu totius vicariatus sibi concrediti ad S. C. misit, secundum quam in provincia *Shensi* non numerabantur plus quam 4.000 christiani, inter quos circiter 500 a PP. Basilio et Antonio recenter baptizati. Omnes fidelium communitates, quarum plures per multos annos erant derelictae, visitavit sive ipse vicarius ap., sive ex suo mandato suus socius. Inter omnes alias Sinarum provincias invenit populum magis dispositum ad fidem amplectendam maioremque

---

[68] Ep. 16 febr. 1702, num. 5-6; ep. 6 iunii 1702, num. 7; rel. 20 iulii 1702, num. 9-10.

[69] Ep. 16 febr. 1702, num. 7; ep. 6 iunii 1702, num. 5, 7 et 8; ep. 30 iulii 1702, num. 4-6.

[70] Ep. 6 iunii 1702, num. 5 et 8.

[71] Ep. cit., num. 1; ep. 30 iulii 1702, num. 7.

[72] Litterae patentes non exstant; P. Antonius Laghi autem in ep. anni 1704 dicit se a duobus annis et parum amplius provicarium de *Shensi* nominatum fuisse, v. ep. Laghi 7 aug. 1704, in *AME 413*, 267-68; eius ep. 15 sept. 1704, ed. apud Cresi, *Mons. Antonio Laghi*, 104.

libertatem religiosam. Spes ergo magna affulsit, sed deerant missionarii: solus enim vicarius ap. ac suus socius tantae provinciae necessitatibus omnino impares erant[73].

P. Brollo, post maximos aestatis calores in metropoli transactos, mense sept. in *Sanyüan* profectus est. Annua visitatione absoluta, etiam ad alias missiones se conferre voluit, quando pervenit improvisum nuntium in metropolim *Shensensem* advenisse patrem Provana, SI italum. Vicarius ap., dimisso P. Antonio ad longinquiores christianitates, post brevem visitationem in *Kaoling-hsien* ad *Sian-fu* rediit, ubi in patrem Provana omnem benevolentiam contulit[74]. Postquam autem P. Provana in propriam residentiam de *Kiangchow* (*Shansi*) discessit, viciniores missiones districtus huius metropolis perlustravit; imo usque in urbem *Meihsien* – ad praefecturam de *Fengsiang-fu* pertinentem – perrexit, in cuius pagis prima fundamenta nascentis christianitatis posuit[75]. Magno etiam desiderio anhelavit ad missionem de *Hanchung-fu*, quam proximo autumno iterum invisere statuerat; variae tamen rationes eum in executione huius consilii impedierunt, nec deinceps nova se ei praebuit occasionem hanc missionem adeundi[76]. PP. Brollo et Laghi, a mense maio usque ad nov. anni 1702, 268 infideles sacro baptismate abluerunt[77].

Initio autumni, dum P. Basilius missiones suas percurrebat, quaedam iuramenti formula super religione sinica, Pekini concinnata, ad *Sian-fu* missa fuerat; litteratique christiani prov. *Shensi* a consodalibus Pekinensibus instanter rogati sunt, ut illam formulam subsignarent et illico Pekinum remitterent. Quando P. Basilius, ex missionibus in metropolim regressus, de tota re certior factus est, declaravit non licere emittere huiusmodi iuramentum alteramque clariorem formulam conscribere et Pekinum mittere curavit[78].

---

[73] Relatio 20 iulii 1702, num. 5-11, 17; v. etiam ep. 30 iulii 1702, num. 3; ep. 6 aug. 1702, num. 3; ep. ad A. Brollo 7 aug. 1702, num. 2.

[74] Ep. 1 nov. 1702, num. 6.

[75] Ep. cit., num. 7-9; ep. 1 aug. 1703, num. 3; ep. 10 aug. 1703, num. 6-7.

[76] Ep. 1 nov. 1702, num. 5; ep. 1 martii 1703, num. 1-2; ep. 10 aug. 1703, num. 2 et 5.

[77] Ep. 1 nov. 1702, num. 17.

[78] Ep. cit., num. 12-13; ep. 3 nov. 1703, num. 1-8; ep. et rationes P. Basilii contra hoc iuramentum, P. Antonio Thomas nov. 1702 communicatae.

Toto sequenti hiemali tempore P. Basilius aegrotabat et mortem iam proximam praesentiens, nil nisi ordinarium ministerium in metropoli exercere potuit. Nihilominus mense iulio a. 1703 satis convaluit[79]. Interea vicarius ap. iam ante finem a. 1702 a PP. Pekinensibus obtinuerat litteras commendatitias, quibus magistratuum benevolentiam in missionis utilitatem impetraret. Itaque superiores mandarinos visitans peroptime exceptus fuit[80]. Postquam D. Ioannes Basset MEP, provicarius de *Szechwan*, inopinate die 10 ian. 1703 *Sian-fu* advenit ad protectionem gubernatoris generalis pro sua missione invocandam, supradicti mandarini, ad petitionem P. Basilii qui eos altera vice die 13 ian. invisit, causam Dni Basset benigne examinaverunt ac benevolam pacificamque solutionem promiserunt. Vicarius ap. dein Dnum Basset mandarinis praesentavit eosque bis una cum illo visitavit[81]. D. Basset, per quatuor menses *Sian-fu* commorando, infirmo P. Basilio peramanter adstitit et in cura christianorum huius metropolis magnum praebuit adiumentum[82].

Negotiis cum mandarinis compositis, D. Basset in reditu ad *Szechwan*, obsecundans petitioni P. Basilii, exeunte apr. 1703 divertit ad districtum de *Hanchung-fu*; totamque hanc christianitatem, iam per unum annum cura missionarii orbatam, per 20 dies benigne visitavit ac dein *Chengtu-fu*, prov. *Szechwan* metropolim, repetiit[83]. P. Brollo, postquam se ei in prima parte itineris comitem praebuerat, contulit se ad visitationem suarum missionum, perlustrando per 35 dies iterato *Meihsien* et plures communitates christianas[84]. Eodem tempore P. Laghi per duos menses annualem visitationem missionum septemtrionalium perfecit, visitando ab occidente usque in orientem multos pagos, duasque novas christianitates fundavit in districtibus de *Sanshui-hsien* et *Hoyang-hsien*[85]. PP. Basilius et Antonius, per

---

[79] Infirmitas iam aestivo tempore inchoata, v. ep. 30 iulii 1702, num. 11; ep. ad Maigrot 7 aug. 1702, num. 2; ep. 1 martii 1703, num. 1; ep. 1 aug. 1703, num. 1; ep. ad card. 10 aug. 1703, num. 2.

[80] Ep. 1 martii 1703, num. 2; ep. 7 martii 1703; ep. ad card. 10 aug. 1703, num. 4.

[81] Ep. 1 martii 1703, num. 3; ep. ad card. 10 aug. 1703, num. 4; *SF V*, 463-64.

[82] Ep. 1 aug. 1703, num. 2; ep. ad card. 10 aug. 1703, num. 4.

[83] Ib.

[84] Ep. 1 aug. 1703, num. 3; ep. ad card. 10 aug. 1703, num. 6-7.

[85] Ep. 1 aug. 1703, num. 4; ep. ad card. 10 aug. 1703, num. 5.

duos annos in prov. *Shensi* commorantes, iam mille et amplius baptismata administraverant[86].

P. Brollo, aegritudinis causa viribus exhaustus, potuit nihilominus studiis vacare. Plura composuit scripta de sinica forma baptismi et de impedimento disparitatis cultus, necnon succinctam et claram expositionem de sinica religione[87]. Interea patres Soc. Iesu, qui iam a duobus annis ab hac provincia discesserant pluriesque alios missionarios vicario ap. promiserant[88], destinaverunt tandem duos religiosos in hanc missionem, patres nempe Ioannes Domenge et Ign. Gabrielem Baborier, SI gallos. Duo novi missionarii, plaudente P. Basilio, *Sian-fu* 22 augusti 1703 pervenerunt. Nunc tandem magna missio meridionalis de *Hanchung-fu* de proprio missionario providi potuit in persona P. Baborier, dum P. Domenge ad ministerium ecclesiae in metropoli *Sian-fu* deputatus est[89].

Vicarius ap. in tota hac provincia nullam domum propriam possidens, hactenus in residentiis Soc. Iesu commorabatur. Ecclesia metropolis nunc de proprio missionario provisa, P. Basilius alio migrare volens, cogitavit de parva residentia Soc. Iesu in *Sanyüan*, ubi iam pluries se contulerat et per plures menses remanserat. Haec domus erat nimis angusta et pro stabili patrum permansione minus apta. Nullam tamen meliorem habens, eam cum PP. Iesuitarum licentia pro sua residentia praeparare incoepit[90].

Magnae pluviae autumnales, transitum fluminum perdifficilem reddentes, impedierunt visitationem missionum. Ex eadem ratione vicarius ap. non potuit ad urbem *Sanyüan* proficisci; ac ideo per plures menses in metropoli apud P. Domenge remansit, semper infirma valetudine, cum diversa tamen vicissitudine, quae ei permisit ut ad administrandam extremam unctionem parvam missionem prope urbem

---

[86] Ep. ad card. 10 aug. 1703, num. 8; ep. ad prov. 10 aug. 1703, num. 2.

[87] V. inter ep. P. Basilii, scripta num. 164, 171-72; 174-76; ep. 13 aug. 1703, num. 4-11. – P. Brollo mense nov. 1703 denuo infirmabatur, v. eius ep. 12 nov. 1703, num. 5.

[88] V. ep. 6 iunii 1702, num. 9; rel. 20 iulii 1702, num. 19-20; ep. 4 aug. 1702, num. 3; ep. 6 aug. 1702, num. 2; ep. ad D. Fabroni 7 aug. 1702, num. 4.

[89] Ep. 1 aug. 1703, num. 5; ep. ad prov. 10 aug. 1703, num. 3; ep. ad D. Fabroni 20 aug. 1703, num. 7; ep. ad Maigrot 20 aug. 1703, num. 3.

[90] Ep. 1 aug. 1703, num. 5; ep. D. Maigrot 20 aug. 1703, num. 3.

Hsienyang-hsien peteret et hac occasione antiqua quoque Sinarum imperatorum sepulcra, non longe distantia, visitaret[91].

Documenta non permittunt definire mensem et diem quo, exeunte a. 1703 vel ineunte a. 1704, PP. Basilius et Antonius ex metropoli profecti sunt, sese in domum de *Sanyüan-hsien* recipientes. Quando P. Basilius die 14 iunii a. 1704 acutis doloribus infra costas in sinistra corporis parte graviter affectus est, iam per aliquod tempus in hac urbe commoratus est. Cruciatus, de die in diem crescentes, nullo medicamento leniri potuerunt. Conditio vicarii ap. die 4 iulii adeo aggravata est, ut suprema hora iam imminere praevideretur. P. Antonius Laghi assidue adstitit P. Basilio ac etiam P. Ioannem Domenge accersivit, ut amborum assistentia infirmus meliorem curam habere posset. P. Basilius Brollo, primus vicarius ap. provinciae *Shensi*, tandem omnibus sacramentis munitus, plenaria indulgentia sancti iubilaei confortatus, *Sanyüan*, in PP. Iesuitarum residentia, die 16 iulii 1704 pie in Domino obiit[92]. Nec de funeris celebratione, nec de loco sepulcri ullum innotuit documentum.

---

[91] Ep. 12 nov. 1703, num. 5-7.

[92] Ep. P. Antonii Laghi ad D. Maigrot 7 aug. 1704, in *AME 413*, 267-68. – Adsistentia patris Domenge ibidem non memoratur; v. tamen *SF V*, 473, num. 1; 475, num. 2. – V. laudes P. Basilii a P. Io. Francisco Gerbillon factas, in ep. patris Laghi ad D. Fabroni 16 sept. 1704, *APF SR Congr. 8*, 650, 845, textus ed. apud Cresi, *Mons. Antonio Laghi*, 45-46.

B – EPISTOLAE ET RELATIONES

I

PRAESTATIO IURAMENTI, VENETIIS MENSE OCTOBRI 1680.

Autogr. in *APF SO CP 1680*, 103r-v.

Inc. Cum Summus Pontifex supremum et independentem.

P. Brollo in manibus Illmi Della Chiesa iuramentum in decretum S. C. 29 ian. 1680 emittit[1]. Ipse episcopus hoc iuramentum una cum sua epistola 18 oct. 1680 ad S. C. misit[2].

II

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM[3], PROVECCHIO[4] 10 NOVEMBRIS 1680.

Autogr. in *ASM*.

1. Con nova occasione sono novamente a riverirla, col dargli parte che – partiti venerdì dal porto accennato[5] – in quasi due giorni et una notte di viaggio siamo tornati adietro, circa 30 miglia, al porto di Provecchio, poco discosto da Sebenico[6]. Il Signore ci guidi conforme a' suoi santi voleri.

---

[1] Textus apud Maas, *Cartas*, II, 147-51.

[2] Docum. servatur in *APF SO CP 1680*, 101.

[3] P. Franciscus de Baxano (Bassano del Grappa), minister prov. provinciae S. Antonii Venetiis a. 1680-83, 1692-95 et 1704-07, v. *Hist. seraf.*, 619; Spimpolo, *Storia*, I, 179-82; *Necrologio dei Frati minori della prov. veneta di S. Antonio*, II, 129.

[4] Parva urbs ad litus Dalmatiae, tunc temporis sub temporali dominio reipublicae venetae. Hodie vocatur Prvić.

[5] Verisimiliter ex Provecchio. – Feria sexta, i. e. die 8 nov. 1680.

[6] Sibinicum (Sibenik), civ. Dalmatiae septemtr. ad ora maris Adriatici sita.

2. Voglio poi supplicarla della charità d'un breviario di quei novamente stampati; che quello pigliai alla mia partenza è tanto scoretto che mi fa fastidio ad adoprarlo. Il Signore gli darà il merito della sua charità; e quì per fretta col riverir tutti i nostri padri et racommandarmi alle loro sante orationi, li bacio le sacre mani. Tutti questi padri[7] la riveriscono; et attenderemo a Corfù[8] quelli di Gerusalemme[9].

III

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM[1], CORCYRAE (CORFU) 16 FEBRUARII 1681.

Autogr. in *ASM.*

1. Con mio sommo contento intesi a Budua[2] da Cataro[3] la promotione tanto da me sospirata di V. P. M. R. al grado di provinciale[4]; e prego il Signore gl'assista per il buon governo di sua provincia e gloria maggiore, come spero, di S. D. M.

2. Il nostro vascello a 23 gennaro[5], dopo tre mesi di sfortunata navigatione, giunse a Corfù. Le note più distinte gliele darò quanto prima, perchè hor hora è di partenza una filuca; e quì si converrà

---

[7] Socii itineris erant Illmus D. Della Chiesa atque PP. Io. Franc. Nicolai, Io. Bapt. Morelli et Angelus de Albano.

[8] Corcyra seu Corfu, una ex insulis Ionicis maris Adriatici prope Graeciam, quae a. 1386-1799 sub temporali dominio reipublicae venetae remansit.

[9] Patres ad custodiam Terrae Sanctae destinati, inter quos memoratur unus P. Bartholomaeus de Venetiis, v. ep. Della Chiesa 27 apr. 1680.

---

[1] P. Franciscus de Baxano.

[2] Butua, hodie Budva, parva urbs maritima Dalmatiae ad septentrionem de Antivari sita, quae a. 1443-1797 erat dominii reipublicae venetae.

[3] Catharum vel Cattaro, Ascrivium, Dioclea, hodie Kotor, urbs Dalmatiae. Memoranda sunt ostia Cathari, *bocche del Cattaro.*

[4] In capitulo, Venetiis in conventu S. Bonav. 25 oct. 1680 celebrato, rite electus, v. *Hist. seraf.*, 619.

[5] Adventus in Corcyram locum habuit die 22 ian., secundum alias ep. Basilii Brollo, v. infra ep. 19 febr. 1681, num. 3 ac 27 iunii 1681, num. 1. – D. Della Chiesa scribit 21 ianuarii, v. eius ep. 4 febr. 1681.

aspettare almeno un mese e mezzo, ch'è a dire sin dopo Pasqua[6]. Bisogna haver patienza. Supplirò al resto un altra volta.

3. Per hora di tutto cuore li prego dalla divina Maestà l'abondanza di sue gratie; e col riverire i sig. fratelli, tutti i nostri padri et baciargli riverente le sacre mani, resto in fretta, mezzo sano e mezzo infermo.

IV

EPISTOLA AD D. VALERIUM BROLLO[1], CORCYRAE (CORFU) 17 FEBRUARII 1681.

Epistola autographa deperdita videtur. Edita est in *Hist. seraf.*, 641-42; in *Giard. seraf.*, I, 101-02 et a Tinti, *Vita e missioni*, 95-97.

1. Più tardi assai di quello mi sarei persuaso, comparisco con la presente a portargli con mille saluti i ragguagli del mio viaggio e stato. Il viaggio non poteva quasi esser peggiore, mentre vi son voluti tre mesi[2] per arrivare da Venezia a Corfù, il che si fa per ordinario alla più lunga in 15 giorni, e ciò doppo più pericoli evidentissimi, quali c'hanno fatto tenere per persi più d'una volta, or d'esser sobissati da un turbine, or ingoiati dalla tempesta, or rotti in un scoglio, ma *de omnibus his liberavit nos Dominus*[3] che sia sempre benedetto.

2. Con questa occasione abbiamo preso più porti; et oltre quelli della Dalmazia, s'ha passato il golfo e siamo stati alcuni giorni alle radici del monte Gargano[4], detto S. Arcangelo per l'apparizione di S. Michiele. Di lì pigliamo porto in Brindisi o Brandizzo[5], città e porto sì famoso appresso i romani, dove si ricovravano tutte le loro armate, dove ho veduto molte belle antichità. Poggiamo poi[6] verso Corfù, non più che 120 miglia distante in circa; ma dopo alcuni giorni bisognò

---

[6] Dies Paschatis a. 1681, i. e. die 6 aprilis.

[1] Pater P. Basilii, in urbe Glemona habitans.
[2] A die 25 oct. 1680 usque ad 23 ian. 1681, v. ep. praec., ad. n. 5.
[3] Ps. 33, 20: *De omnibus his liberabit eos Dominus.*
[4] Ubi die 1 dec. 1680 pervenerunt, v. ep. seq., num. 2.
[5] Die 8 dec. 1680, ib.
[6] Die 17 dec. navigationem prosecuti sunt, ib., num. 3.

tornar a dietro in Dalmazia, alla città distrutta di Budua[7], dove facessimo le feste santissime di Natale.

3. Et io m'ammalai di febre assai grave ch'haveva del maligno, con cui mi partì per Corfù. E per grazia del Signore, coll'assistenza del medico e chirurgo peritissimi che si trovavano in vascello, in poco tempo uscii di pericolo; ma per il mal governo circa il vitto, mai potei pienamente liberarmi; di modo che, arrivato in Corfù, di nuovo ripigliommi la febre, se ben lenta; da cui, pochi giorni sono, io sono – se pur così è – esente. Mi sento però assai bene; e ciò per grazia di Mgr Illmo Marc'Antonio Barbarigo[8], arcivescovo di questa città, che m'ha tenuto in suo palazzo e fattomi curare con grandissima carità, del che ne ringrazio il Signore. Infirmità sì lunga di circa 50 giorni, accompagnata dall'affetto di Mgr Illmo et altri di sua corte, col medico che m'ha assistito, vorrebbero frastornare il mio viaggio. Se ciò è da Dio, non repugno; che solo desidero servirlo, o sia in Italia, o in Grecia o nella China. Perciò se al tempo dell'imbarco sarò sano, non mancarò per la mia parte all'intrapresa; se infermo, havrò pacienza di far a modo di chi mi governa.

4. V. S. mi raccomandi al Signore, acciò disponga le cose a sua maggior gloria. Io non manco supplicarlo per le continue felicità di V. S. e di tutta la casa. Tutti saluto, e fratelli e parenti. Per ora non scrivo ad altri per non aggravar la mia convalescenza. Si conservi, il Signore gl'assista, lo benedica e lo faccia santo, et io resto.

V

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM, CORCYRAE 19 FEBRUARII 1681.

Autogr. in *ASM.*

1. Hora solamente, dopo il mio arrivo a Corfù, ho il commodo di poter riverirla come sommamente desideravo, et raguagliarli l'historia del nostro viaggio, già che rihavuto da longa infermità di cui dirò più sotto, mi trovo alcuni giorni sano senza febbre.

---

[7] V. ep. seq.

[8] Marcus Ant. Barbarigo (alias Barbadico), venetianus, arch. Corcyrensis a. 1678-1687, S. R. E. Cardinalis a. 1686-1706, v. *Hier. cath.*, V, 13, 172-74; Bergamaschi, *Vita del servo di Dio Card. Marc'Antonio Barbarigo*; et Marangoni, *Vita del Card. Marco Ant. Barbarigo, vescovo di Montefiascone*, passim.

2. Se ben mi ricordo, dal porto di Provecchio accennai a V. P. M. R. nostri progressi sino a quel tempo, che furono dopo pochi giorni di tranquillo ma pigro viaggio assai infelice, ma pur poco *respective* al seguito: poichè di lì partiti et il giorno dopo S. Andrea – che fu la prima domenica dell'advento[1] – portati non so se dal vento o dalla disgratia al monte Gargano, sì celebre per il glorioso S. Michele ch'ivi si venera; et di lì dopo pochi giorni partiti per la costa della Puglia, ci vedemmo quasi sette giorni continui – et molto più la notte – la morte su gl'occhi, stante il continuo pericolo di romper in que' scogli dove continuamente i venti contrarii ci sospingevano. Sin che finalmente, per singolar gratia della Vergine Immacolata a cui dal vascello si fece voto commune, il giorno di sua S. Concettione[2] arrivammo al porto di Brindisi, sì nominato et antico. Nella qual città, oltre molte antichità, al nostro convento fui in una cappelletta nell'horto malamente tenuta, ove il P. S. Francesco ottenne da Dio gratia ch'i suoi frati mai fussero morsicati da quell'animali, come *de facto* succede che mai i nostri son morsicati; anzi il nostro habito applicato a' morsicati – anco Capuccini, come fumi accertato da quei padri – li libera[3].

3. A' 17 femmo partenza; et dopo pochi giorni, per non dir hore di buon tempo, assaliti da nova tempesta, bisognò rinovar i voti et per gratia ritornar sì indietro agli 23 dicembre sin a Budua, città distrutta dal terremoto[4]; dove il giorno di S. Giovanni[5] pigliommi la febbre, con cui m'imbarcai. Et quantumque quella malignasse, per gratia però del Signore e per la cura d'eccelèntissimi medico e chirurgo che si trovavano in vascello, tra poco mi liberai dal pericolo. Ma per il cattivo governo circa il vivere, non potei affatto sbrigarmi; di modo che giunti a 22 genaro[6] in Corfù, il giorno seguente di novo fui costretto trattenermi in letto con la febbre, qual m'ha durato continua quasi ma lenta molti giorni; et ancora mi trovo convalescente, non senza qualche poco di febbre di quando in quando.

---

[1] Die 1 dec. 1680.

[2] Die 8 dec. 1680.

[3] Quoad has traditiones v. Primaldo Coco, *I Francescani nel Salento*, I, 20-23.

[4] Agitur de ingenti terraemotu quo totum litus orientale maris Adriatici die 6 apr. 1667 concussum est; plures civitates, inter quas et Butua, solo aequatae sunt et plures homines misere perierunt, v. Brleck, *Rukopisi knjiznice Male braće u Dubrovniku*, I, 29-30.

[5] Die 27 dec. 1680.

[6] V. supra ep. 16 febr. 1681, n. 5.

4. In tutto questo tempo che son stato in Corfù, m'ha tenuto in suo pallazzo et fattomi curare e provedere di tutto il necessario Mgr Illmo Marc'Antonio Barbarigo[7], santo arcivescovo di questa città. Spero però forse dimani, che quì si fa il giovedi grasso, andar con miei compagni; che se godrò salute al tempo dell'imbarco, che succederà forse solo dopo quaresima, seguitarò il mio viaggio; se no, supporò che Dio mi vogli per l'Italia, non per la China.

5. Questo è quanto posso dirgli circa il mio viaggio. *De reliquo*, con altra mia spiego a V. P. M. R. il contento che sentii a Budua, quando da Cataro mi fu recato la nuova desiderata di sua promotione[8]. Il Signore gl'assista per il buon governo di sua provincia a gloria maggiore di S. D. M. Mi racommando cordialmente a sue sante orationi. Riverisco tutti i padri, e qual sempre fui mi raffermo.

VI

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM, CORCYRAE (CORFU) 10 MARTII 1681.

Autogr. in *ASM.*

1. Ricevo da Fr. Masseo[9] con la desideratissima e carissima di V. P. M. R. anco il breviario di cui s'è compiacciuto favorirmi. Il Signore gli ne dia il merito; del che non manco nè mancarò supplicarlo, come pur facio quotidianamente per la conservatione sua et felice esito di suo governo.

2. Con altre mie[10], quali riceverà dall'istesso latore della presente, gli significo il mio stato. Spero nel Signore al tempo dell'imbarco ritrovarmi pienamente sano per poter proseguir il mio viaggio, cui di novo m'invita la corona del martirio, qual s'ha saputo haver col sangue

---

[7] V. ep. praec., n. 8.

[8] V. supra ep. 16 febr. 1681, num. 1.

[9] Verisimiliter Fr. Massaeus de Venetiis qui in conventu S. Bonav. huius civ. die 2 martii 1691 obiit, anno aet. 49, v. *Necrologio ... della prov. veneta di S. Ant.*, 149.

[10] Ep. praec.

mercata un giovine in que' paesi. Preghi il Signore mi faccia degno di sua S. Gratia et d'esseguire i suoi santi voleri.

3. P. Ministro mio, quale m'ha conosciuto, tale per sempre m'harà verso la sua persona. Prego Iddio la feliciti, la prosperi, la benedici, e riverente li bacio le sacre mani. Saluto caramente il suo p. secretario col compagno, et riverisco i sig. fratelli.

VII

ITINERIS CONTINUATIO EX CORCYRA IN TRIPOLIM SYRIAE[1], TRIPOLIS 27 IUNII 1681.

Autogr. in *ASM*, inscribitur: *Proseguimento del nostro viaggio da Corfù in Tripoli di Soria.*

1. Dopo esserci trattenuti a Corfù per aspettar il convoglio de' 22 di genaro a 27 d'aprile, in questo giorno istesso c'imbarcammo, spesati dall'Eccmo Sig. Polo Michiel[2], capitano delle navi publiche o di suo ordine, parte su le navi publiche, parte su una di mercantia. Eramo sei, 4 su due navi di guerra et 2 su una di mercantia; e veleggiammo verso il Zante[3]. Prima d'arrivarvi, andammo a far legni a Dragomestre[4]; ove sono le curzolari[5], famose per l'insigne vittoria che sotto il B. Pio V[6] riportò l'armata cristiana della turchesca[7]; et di quì a' 3 maggio giungemmo all'isola del Zante.

2. A dì 8 partimmo per Cerigo[8]; ove sbarcato l'Eccmo Proveditore di quel luogho et trattenutisi un giorno, proseguimmo il camino verso

---

[1] Antiqua urbs Phoeniciae, ad ora maris Mediterranaei orient. sita, hodie reipublicae Libani adnexa, saeculo XVII magnum emporium commercii maritimi.

[2] D. Paulus Micheli, v. supra ep. Della Chiesa 2 dec. 1682, n. 1.

[3] Zante seu Xante, insula maris Ionii, non longe a litore occid. Peloponnesiaco sita, hodie ad Graeciam pertinens.

[4] Dragomestre seu Dragomeston, pagus in Acarnania (Graecia).

[5] Insulae Kurtzolares, i. e. septem parvae insulae quasi ad ostium sinus Corinthi.

[6] Pius Papa V (1504-72), a Clemente X die 1 maii 1672 beatificatus.

[7] Classis turcarum die 7 oct. 1571 circa insulas Echinadas deleta, v. Guglielmotti, *Marc'Antonio Colonna alla battaglia di Lepanto*, passim; Pastor, *Storia*, VIII, 557-61.

[8] Cerigo, Cythera vel Khytira, insula ad extremam partem merid. Peloponnesi sita.

Candia[9]. In quest'isola giunti a 13 maggio, lasciammo alcune navi di mercantia al porto della Suda[10] per ripigliarle nel ritorno; et senza dar fondi, andammo ad accompagnare alcuni altri sino alle bocche di Constantinopoli[11]. Quì aprodammo a 17 per il favore continuo de' venti; quali però continuando et essendoci contrarii per il ritorno, ci trattenemmo in quei mari più giorni. Due volte dessimo fondi, la prima su la spiaggia di Troia[12], la seconda pochissimo discosto all'isola di Tenedo[13].

3. Finalmente a 26 sarpammo per le Smirne[14], dove dovevamo accompagnare 2 navi di mercantia; et a 27 vi giungemmo. A 28 fussimo a vedere quella gran città, una delle 7 chiese dell'Apocalisse già[15], ma hora dell'antica appena v'appare vestigio, fuor di alcune muraglie in piedi sì, ma molto mal all'ordine. A 29 partimmo per Candia, et nel viaggio a 31 costeggiammo tutto il giorno, per la mancanza de' venti, la bellissima città di Scio[16], posta in un isola dell'arcipelago dell'istesso nome; et a 5 giugno la mattina prendessimo porto alla Suda.

4. Il trattenerci quivi alcuni giorni ci diede il commodo di vedere la città di Canea[17], lontana da questo porto circa 10 miglia, 6 di mare e 4 di terra. In questa fummo alloggiati da un p. capuccino francese, qual ci usò gran charità. Vedessimo la città; et in molti luoghi ancora appare l'insegna di S. Marco, cioè il leone, in alcune pietre nelle mura et della città et di qualche chiesa. Vedessimo ancora non senza cordoglio il nostro antico convento, convertito la chiesa in moschea, il resto parte in serraglio d'alcune donne, parte in albergo di mercanti francesi[18].

---

[9] Candia seu Creta, magna insula maris Mediterranei orient., ad meridiem Graeciae. A turcis a. 1669 occupata est, qui tamen solum a. 1715 completum dominium obtinuerunt, v. Hofmann, *La Chiesa cattolica in Grecia*, 179.

[10] Urbs in parte septemtr. insulae Cretae, propugnaculum venetorum usque ad a. 1715, v. Hofmann, cit., 179.

[11] Bosphorus, fretum Europam ab Asia dividens.

7. Tandem pro coronide addidit, epistolam claudens: si PP. Franciscani volunt discedere, libeat, animo id permittat; ipse enim providebit huic provinciae[27] de ministris idoneis nec illis inferioribus. Ecce, Illme Domine, unam e causis quare supra protestatus sum: si hic – nobis spectantibus – asserit hoc impossibile, quid absentibus suggeret? Si tanti est ut quinque ecclesiis huius provinciae[28] provideat quibus saltem quattuor periti missionarii necessarii sunt, – duo enim sunt ecclesiae nostrae in hac urbe[29] – cur tanti non fuit ut de unico missionario provideret quattuor ecclesias in sua provincia[30] a p. franciscano qui eas administrabat suspensionis causa destitutas, cum fere 100 catechumenis iam instructis et baptismum frustra petentibus ac suspirantibus[31]? Cur prius cogitat de fugandis missionariis quam providendis tot ecclesiis – audivi esse circa quadraginta – hinc inde a multis annis vacantibus? Tantine est animarum salus?

8. Et de quibus missionariis illis providebit, linguam callentibus aut ignorantibus? Qui calleant non suppetunt; qui ignorant supplere non possunt. Unde ergo ei missionarii? Scio *apud Deum non esse impossibile omne verbum*[32]. De me tamen – et coeteris quos praesens noscere

[25] I. e. praestatione iuramenti.

[26] Nah. 1, 3: *Dominus in ... turbine;* 2 Cor., 13, 10.

[27] Prov. *Kwangtung* seu Cantoniensis.

[28] Tres ecclesiae OFM hisp., i. e. illa B. M. V. de Portiuncula intra muros et illa S. Francisci extra muros civ. Cantoniensis; tertia in *Hweichow*. – Duae ecclesiae OESA hisp., nempe in *Chaoking-fu* et *Nanhsiung-chow*.

[29] Civ. Cantoniensis seu *Kwangchow-fu*.

[30] Prov. *Fukien*.

[31] P. Piñuela, prov. *Fukien* missionarius, OFM mexic., qui ineunte a. 1685 Cantonem se contulit; fuit minister ecclesiarum de *Tsianglo*, *Taining*, *Kienning* et *Pukow*, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 9; ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 4.

[32] Luc. I, 37: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

potui – affirmare possum quod, si plurium annorum spatio sufficienter hanc linguam callere possum, praeclare mecum actum esse arbitrabor. Confessiones audio, verum est, at lingua mandarina et sine historiis confitentium peccata. Qui vero lingua mandarina loquuntur pauci. Verba sacra populis propono, verum est; at quot sunt qui me intelligant? Unum assero eorum qui me alloquuntur: si e decem verbis generatim loquendo duo intelligam, me peritum reor; et de iis qui me audiunt idem iudicium ferre possum. Semper enim opus est ut qui domi sunt – tanquam nostri modi loquendi conscii[33] – meos adventantibus hospitibus conceptus exponant.

9. Nec alterum silere possum: quod hucusque mulierum confessiones audire non sum ausus. Solum abhinc novem diebus, necessitate cogente cum in urbe non esset alius missionarius, audire compulsus sum. Accidit aliquando ut unus e nostris patribus, mulieribus audiendis defatigatus – cum plures essent et omnes uno mane expediendae – me in auxilium advocaret, asserens eas lingua mandarina uti. Accurri et, auditis aliquibus, ruborem non timui; secessi, declarans quae a me absolutionem non impetrarant quia linguae ignaro, iterum alio patri se sisterent. Unde ergo hi missionarii? At adsint; ubi morabuntur? Creditne discedentes missionarios domos suas derelicturos et non potius vendituros? Domus vero hic comparare – praeter pecuniarum expensas non modicas – quanti constet, ipse D. Maigrot D. V. Illmae indicabit, de quo inferius aliquid addere oportebit.

10. Receptis hisce litteris a D. Argolicensi[34], ecce e pagis ad hanc ecclesiam spectantibus adveniunt christiani, missionarium petentes qui iis, qua baptismi, qua poenitentiae sacramentum ministret[35]. Ecce eodem tempore – aberat suo ministerio fungens pater Societatis[36] – aliquae mulieres me, id omnino non audentem, ad se sacramentaliter audiendas accersunt. Ecce e *Nanhiung*[37] – distat ab hac urbe fere 20 dierum itinere – litterae ab illo p. augustiniano – est P. Ioannes de Ribera[38] D. V. Illmae notus – postulante ut suis expensis me

[33] I. e. catechistae ac servi missionarii.
[34] Ep. Dni Maigrot ad D. Della Chiesa, v. supra n. 22.
[35] V. ep. Dni Della Chiesa ad D. Maigrot 6 ian. 1685, num. 3, in *SF V*, 99.
[36] P. Filippucci, minister ecclesiae SI Cantone.
[37] *Nanhsiung-chow*, civ. in prov. *Kwangtung*, prope confines prov. *Kiangsi*.
[38] P. Ribera, missionarius OESA hisp. in Sinis a. 1680-1708, biogr. in *SF V*, 87, n. 119.

D. Argolicensis illuc mitteret ut baptismum et poenitentiam petentibus – quos diutius repellere perdere erat – satisfacerem[39]; ne idem contingeret quod aliquot mensibus ante, quando fere integer pagus baptismum petebat et ille pater hucusque tam longum iter arripuit ut patrem Societatis ad illos baptizandos evocaret; quo tanto itineri impari, tum quia infirmus, tum quia sua ecclesia id non patiebatur, ideoque id recusante, fere omnes recesserant.

11. Quid hic agendum? Ego id officii praestando non sum[40]; alii iuramento obstricti non suppetunt; quid ergo? Re cum Domino collata, cogitavit D. Argolicensis se in vim bullae *Illis quae ad felicem*[41] – cuius exemplar a D. V. Illma acceperat – in administrationem vicariatus *Fokiensis*[42] succedere tanquam unicum in China vicarium ap. defuncto superstitem[43]. Ideo ut huius ecclesiae sinicae pastor, quam maxime gravatam in animarum perniciem videbat, ad S. C. recurrere statuit[44]; interimque, et vi recursus et iure necessitatis extremae cui aliunde provideri non poterat, et ratione expressae intentionis S. C. in suis instructionibus significatae, decretum suspensum arbitratus est[45]; omnesque ad ministrandum hortatus, illis sine iuramento facultatem in scriptis impertivit[46].

12. Qualis fuerit ista necessitas quam extremam asserui, colligi manifeste potest ex baptizatorum numero post sublatam suspensionem circa februarium anni currentis. Hucusque p. franciscanus qui in hac urbe commoratur in suo districto supra 160 baptizavit[47]. Alter qui in urbe *Hoeicheu*[48], 5 dierum itinere ab hac urbe, 85; alius in hac

---

[39] V. etiam factum narratum a Dno Della Chiesa, in *SF V*, 99, num. 3; et supra ep. 6 oct. 1685, num. 10.

[40] Propter linguae sinensis ignorantiam.

[41] Breve 16 martii 1682, textus in *SF V*, XLI, n. 6.

[42] I. e. vicariatus Dni Pallu, sese ad novem prov. meridionales extendens.

[43] V. etiam supra ep. 6 oct. 1685, num. 13; et expositionem iuridicam totius quaestionis in *SF V*, XLI-III.

[44] V. ep. Dni Della Chiesa ad Smum P. et ad cardinales 6 ian. 1685, in *SF V*, 94-98.

[45] D. Della Chiesa ep. 6 ian. 1685 hanc suam decisionem Dno Maigrot significavit, textus in *SF V*, 98-100.

[46] Unice exstat licentia in scriptis P. Lucae Estevan 4 febr. 1685 data, ed. in *SF V*, 102.

[47] P. Augustinus a S. Paschali, OFM hisp., minister ecclesiae S. Francisci, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 6; ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 12.

[48] P. Iac. Tarín, OFM hisp., minister ecclesiae de *Hweichow-fu*, ib.

ecclesia in qua ego nunc administro[49], duarum mensium spatio 24. PP. Augustiniani in duobus urbibus[50], credo supra 100. Ex his omnibus, in hac sola provincia ex inferni faucibus ereptis et Ecclesiae sanctae aggregatis, si suspensio non tollebatur, quot credit baptizati forent? Ad summum aliqui circiter 30 qui in urbe baptismum susceperunt. Coeteri qui in pagis et aliis urbibus commorantur eo beneficio omnino caruissent.

13. Licet enim hic sint duo patres Societatis, alter in hac urbe[51], alter in pago diei dimidio distante residentes – qui pagus nomine *Foxan*[52] millia millium animarum continet –, non sunt tanti ut proximis pagis, ne dum remotis urbibus, occurrere queant. Quod etiam colligere licet ex baptizatis ab ipsis unius anni spatio: qui hic commoratur 500 baptizavit; qui in pago 400 hucusque[53]. Ego vero solum in urbe aliquantisper deservire possum; in pagis enim nec intelligo nec intelligor. Tamen a meo ingressu, Deo dante, circa 34 baptizavi, at nullum instruxi; solum messui quod alii seminarunt. Nonne hinc manifeste patet huius sinicae vineae necessitas? Nonne extrema dicenda est cui, si non occurratur, centenariam animarum messem diabolus vorat?

14. Hac attenta necessitate, assero unius solius missionarii defectum per quoscumque recens adventantes suppleri non posse. Quisque enim in tanto imperio habet agri partem laborandam, cui omnis eius sollicitudo impar invenietur. Conqueritur tamen D. Maigrot, D. Pin[54] ferre non potest, de aliis nescio. Quid quaeso conquerentur? Quod baptizentur infideles? Quod absolvantur peccatores? Quod salventur animae per media sine quibus non? Verum fateor, Illme Domine, rem non capio. Attamen, quia de re tanti momenti agitur propter quam rerum Creator suum preciosissimum sanguinem factus homo fundere non dubitavit, hac de causa illorum – quibus me tanta debere

---

[49] P. Petrus de la Piñuela, OFM mexic., iam missionarius prov. *Fukien*, qui a. 1685 per duos menses sacramenta ministraverat in ecclesia B. M. V. de Portiuncula, ib.

[50] *Chaoking-fu* et *Nanhsiung-chow*, ib.

[51] P. Filippucci, minister ecclesiae SI Cantone.

[52] *Foushan*, ubi aderat ecclesia SI, a P. Car. Turcotti ministrata.

[53] V. supra ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 11; ep. 17 nov. 1685, num. 1.

[54] D. Io. Pin, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1684-89, dein vic. ap. prov. *Kiangsi*, biogr. in *SF III*, 594, n. 6.

cognosco et quos ex animo diligo – offensionem incurrere, licet aegerrime feram, patienter tamen sustinendum. Condonet, quaeso, Illmae D. V. perspecta benignitas animo alte exsauciato hanc disgressiunculam. Indubitanter enim mihi persuadeo, si D. V. Illma praesens adesset manibusque rem contrectaret, eam Dei voluntatem – cui acquiescendum in suis litteris suadet – censeret, quam S. C. in suis directionibus inculcat ut charitati et missionum fini consonam; non quam decretum[55] prae se fert animarum saluti tam perniciosam: contra enim primam orationis dominicae petitionem *Sanctificetur Nomen tuum*[56] num esse posse Dei voluntatem existimari potest?

15. Post haec, ecce e *Chekiang* duorum mensium itinere suspensionis scandala fugientes et Manillam regredi parati, RR. PP. Petrus de Alcalá vicarius provincialis[57] et Salvator a S. Thoma[58], Dominicani, huc adveniunt[59]. Hic commorantes litteras accipiunt a suis superioribus, quibus iubentur protestari coram vicario ap. de nullitate iuramenti emissi – quattuor patres illud emiserant[60] – utpote contra superiorum voluntatem; et vicario ap. id recusante, iubentur suspensi domos custodire, donec qui brevi sperabantur ex Europa nuncii adveniant.

16. D. Argolicensis, volens pro officii sui munere et huic scandalo providere, se iis declaravit vicarium ap. et vicariatus *Fokiensis* administratorem[61]. Et nulla de iuramento habita mentione, et p. superiori[62] et omnibus suis administrare permisit. Quo mediante pluribus incommodis obviare posse cogitavit:

1) tot ecclesiarum necessitatibus quae, ministris destitutae, maximum damnum paterentur;

---

[55] Decretum S. C. 29 ian. 1680, quo iuramentum subiectionis vicariis ap. imponitur.
[56] Matth. 6, 9.
[57] OP hisp., postea vic. ap. prov. *Chekiang*, v. supra ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 12, n. 71.
[58] OP hisp., missionarius in Sinis a. 1678-96, ib., n. 76.
[59] Cantonem 5 febr. pervenerunt, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 12, n. 62.
[60] Quattuor OP hisp., prov. *Fukien* missionarii; eorum nomina dantur supra in ep. 6 oct. 1685, num. 12, n. 63; v. infra, n. 64.
[61] Similis declaratio a Dno Della Chiesa iam 29 ian. 1685 PP. Iesuitis praesentata est, textus in *SF V*, 101-02.
[62] I. e. vicario prov., P. Petro de Alcalá.

2) dissentionibus quae oriri poterant inter PP. Dominicanos et missionarios nostros qui in illorum domibus commorantur[63] et absque dubio protestationem non admisissent;

3) periculo evidenti ne, si illi 4 missionarii[64] protestationem facere recusassent, Manillam cum magna missionis iactura revocarentur.

17. Post haec adveniunt e *Fokien* D. Basilitanus cum D. Maigrot[65]. Cui, cum D. Argolicensis bullam vi cuius se administratorem vicariatus *Fokiensis* praetendebat[66] praesentasset, respondit: quando advenerit eius bulla per quam determinentur provinciae quae illi attribuuntur[67], se omnem generalis administratoris authoritatem adhibituram ut ab omnibus recognoscatur. Ad id quod intendebatur, nil. Non enim petebat D. Argolicensis provincias innominatas, sed totum vicariatum *Fokiensem* in illa bulla vicario ap. defuncto superstiti nominatim attributum. Qua in re nullam concipiebat difficultatem, cum bulla expressis verbis dicat D. Argolicensem vicarium ap., et vicarium ap. superstitem – qualis tunc in China solus erat[68] – defuncto substituat[69].

18. D. Maigrot forsan praetendit D. Argolicensem – nisi prius sui vicariatus possessionem ineat – non posse huius bullae dispositionibus gaudere. At qua lege haud scio. Quidquid sit hac in re, cum D. Maigrot in privatis colloquiis praedictam administrationem D. Basilitano adiudicasset[70], D. Argolicensis eidem sponte cessit omnes suas pretensiones.

---

[63] Clerici galli MEP, qui in domibus OP hisp. in prov. *Fukien* residebant, v. supra ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 12.

[64] PP. Ventallol, Varo, Trigueros et Arc. del Rosario, OP hisp. prov. *Fukien* missionarii, qui iuramentum praestaverunt, v. supra n. 60.

[65] D. Greg. López, OP sinensis, episc. tit. Basilitanus, ac D. Car. Maigrot MEP, Cantonem 31 martii 1685 pervenerunt, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 14, n. 68.

[66] Breve *Illis quae ad felicem* 16 martii 1682, v. supra ad n. 41.

[67] In dicto brevi enim Dno Della Chiesa conceditur dimidia pars vicariatus *Fukiensis*, sed sine ulla specificatione provinciarum quae illi dantur, v. explanationem in *SF V*, XLI-II.

[68] D. López nondum consecrationem receperat nec possessionem vicariatus Nankinensis inierat.

[69] V. textum brevis in *SF V*, XLI, n. 6.

[70] Post consecrationem Dni López, Cantone 8 apr. 1685 habitam, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 16; ep. ad D. Cibo, 15 oct. 1685 num. 6.

Qui ad suum vicariatum profecturus, totam iurisdictionem, quocumque nomine in dicto vicariatu ad se spectantem, D. Argolicensi cessit et delegavit[71]. An D. Maigrot hanc quoque facultatem sit D. Basilitano negaturus, communicandi scilicet aliis suas vices, nescio. Unum scio, quod – ignorans forsan talem delegationem[72] – asserit D. Argolicensem nihil authoritatis habere nisi quam a D. Heliopolitano subdelegatam accepit[73]; hinc eius visitationem tanquam in alieno[74] non damnare non potest. Res indiget D. V. Illmae authoritate ne scandala oriantur.

19. Cum responsione ad dictam bullam simul praesentavit D. Maigrot suae delegationis exemplaria[75], duo per duos pp. dominicanos exarata[76], at alterum non sine mendis grammaticalibus, neutrum authenticum nisi quod alteri se subscripsit D. Basilitanus[77]. At ille interrogatus quid ibi testaretur, respondit se solum testari illa exemplaria esse manu Patris Trigueros confecta, et similia alteri scripturae quam D. Heliopolitani manu conscriptam asserebant. Interrogatus an haberet sigillum, respondit se nescire. Ideo et ipsi respondit D. Argolicensis quod, quoadusque de eius deputatione per authentica instrumenta sibi constiterit, omnem suam authoritatem adhibebit ut ab omnibus sibi subditis recognoscatur[78].

---

[71] D. Della Chiesa publico documento omne ius Dno López cessit; D. López dein publico etiam instrumento omne suum ius denuo Dno Della Chiesa delegavit, ib.

[72] D. Maigrot praesens fuit Cantone, quando D. López totum suum ius in vicariatum *Fukiensem* Dno Della Chiesa delegaverat; sed res forsan secrete acta est. D. Della Chiesa quando vicariatum *Fukiensem* secunda vice visitavit, Dno Le Blanc, Dni Maigrot delegato, documentum delegationis ei a Dno López datum ostendit; tunc D. Le Blanc ei ad cautelam facultates delegavit pro 4 provinciis provicariatus Dni Maigrot, v. *SF V*, 123, num. 4.

[73] Decretum Dni Pallu 17 iulii 1684, quo D. Della Chiesa provicarius 5 provinciarum constituitur, textus editur infra, in ep. 21 nov. 1689, ad sextum.

[74] D. Della Chiesa enim in sua prima visitatione 4 maii 1685 incoepta, percurrit 4 provincias provicariatus Dni Maigrot.

[75] Decreta Dni Pallu 23 et 24 iulii 1684, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 15, et infra app. Brollo, num. 10, 11 et 18.

[76] PP. Trigueros et Varo OP hisp., v. supra ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 7, n. 47; et infra app. Brollo, num. 18.

[77] D. Greg. López, episc. tit. Basilitanus, v. infra app. Brollo, num. 18.

[78] V. ep. supra editam 6 oct. 1685, num. 15; ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 7; *SF III*, 585-86, 684-86; *SF V*, 107.

20. Causa vero de eius deputatione dubitandi, non una fuit:

1) quia dicta deputatio fuit facta mense iulio, quo circiter tempore datae fuerunt D. Argolicensi litterae revocatoriae pro quattuor provinciis[79], scriptae ab eodem Illmo Heliopolitano in quarta parte folii simplicis, ac cum cera sine sigillo, quas mense novembri post mortem D. Heliopolitani D. Maigrot transmiserat[80]. Ideo coniici poterat et litteras Dni Maigrot[81] esse iis similes, nec sufficienter exprimentes mentem D. Heliopolitani: qui, si eas effectum habere volebat, trium et amplius mensium spatio illas sigillasset vel aliquid hac de re indicasset.

2) Quia D. Heliopolitanus, quinto ante obitum die scribens ad D. Argolicensem et monens suum ad meliorem vitam transitum iam proximum, observantiamque decretorum apostolicorum inculcans[82], hac de re nil omnino. Num si post mortem D. Heliopolitani hae litterae inter eiusdem scripta inventae sunt – sicut, si bene memini, ipse D. Maigrot asseruit se reperisse litteras revocatorias ad D. Argolicensem[83] –, esse intentionem D. Heliopolitani ut executioni mandentur constare potest? Immo potius oppositum.

21. Cum non fuisset recognita eius potestas[84], D. Maigrot discessit cum D. Basilitano, nil de missionis negotiis locutus cum D. Basilitano quem sequi ad suum vicariatum recusavit[85]. Et quia ipse unum e suo ordine socium habere non posset, a D. Argolicensi P. Ioannem

---

[79] D. Della Chiesa, decreto Dni Pallu Romae 17 apr. 1680 dato, provicarius renuntiatus est totius vicariatus *Fukiensis*, i. e. novem provinciarum, textus apud Launay, *Lettres Pallu*, I, 317-18. – Novo decreto Dni Pallu 17 iulii 1684 eius provicariatus ad 5 provincias restringitur, v. supra n. 73: hoc decretum ergo revera est revocatorium pro 4 provinciis.

[80] D. Pallu 29 oct. 1684 obierat. D. Della Chiesa hoc decretum 17 iulii 1684, Cantone 6 ian. 1685 recepit, v. *SF V*, 94, num. 1.

[81] I. e. litterae patentes Dni Pallu 23 et 24 iulii 1684 pro D. Maigrot, ut supra n. 75.

[82] Ultima ep. Dni Pallu ad D. Della Chiesa 24 oct. 1684 data, textus in *SF V*, 94, n. 3.

[83] I. e. decretum Dni Pallu 17 iulii 1684, ut supra nn. 73 et 79.

[84] Propter defectum authenticitatis litterarum patentium, v. supra num. 20; ep. 6 oct. 1685, num. 15, etc.

[85] V. supra ep. 6 oct. 1685, num. 18, n. 91; num. 23, n. 18. DD. López et Maigrot ac P. Nicolai Cantone 14 maii profecti sunt, ib.

Franciscum[86], qui eum comitatus est, obtinuerat. Paucis ante diebus D. Argolicensis, me – coeteris deficientibus – in suum provicarium deputato, proximarum provinciarum visitationem adiit[87], in qua occurrit unde non parum in sua sententia confirmaretur. Tantam enim animarum necessitatem invenit, non valente uno missionario sui districtus animabus sacramenta ministrare nisi quibusdam in locis semel duorum annorum interstitio, ut in litteris e provincia *Kiangsi* ad me datis explicat[88]; cum lacrymisque petentibus christianis ut aliquem ad se ministrum mittat, ut quibuslibet privilegiis et exemptionibus alliciendos accersendosque missionarios – nulla vero ratione expellendos – salva conscientia existimet.

22. At dicunt alii: obediant et laborent; si non obediant non laborent; quis eos expellit? Respondent ipsi: quis nos inobedientiae versus S. Sedem arguat unquam? Taceo graviora. Nos lubentes obedimus et per annum integrum suspensionem toleravimus, obedientiae debitae acquiescentes. Summus enim Pontifex, ut explicat in sua pastorali D. Heliopolitanus, nobis iuramentum non praecipit nisi in quantum sponte missionarii munere fungi volumus[89]; nolentes missionarium agere et non iurantes obedimus. Haec illi.

23. At ego casum propono. Supponamus in isto Siami regno, Deo benedicente, magnam colligi animarum messem: adesse in *Loconthai*[90] unum missionarium qui aliquot mille christianis inserviat, suis sumptibus iisque non exiguis et quolibet anno supra centum ad ovile dominicum reducat; alium in *Louvo*[91], alium in *Tennasserim*[92], alium in

---

[86] Nicolai, quem D. López statim in suum provicarium elegit, v. supra ep. cit., num. 23, n. 17.

[87] Ib., num. 24. D. Della Chiesa missiones visitaturus Cantone 4 maii 1685 profectus est, ib., n. 21.

[88] Haec ep. Dni Della Chiesa ad P. Basilium deperdita videtur.

[89] V. litteras pastorales Dni Pallu, in insula Formosa 28 dec. 1683 datas, textus in *APF SO CP 1679-83*, 451-52.

[90] Civ. regni siamensis, 100 leucis ab Ayuthia distans, v. Baudiment, *Fr. Pallu*, 428. – P. Angelus de Albano, OFM italus, a. 1683 ad hanc civ. pervenerat, v. supra ep. 27 oct. 1683, num. 9; et infra ep. Morelli nov. 1683, num. 11.

[91] Luvò seu Lopburi, civ. in eodem regno, 50 km. ad septentrionem Ayuthiae sita, v. supra ep. 20 oct. 1683, n. 8.

[92] Civ. tunc in eodem regno, ad litus orientale maris Bengalensis prope Merguy sita; nunc ad Birmaniam spectat.

Pipli[93] et alios aliis in locis, quorum quilibet suis item sumptibus animarum millia administret centenariumque saltem fructum annuatim referat. Inter se autem ita sunt distincti ut alter alteri supplere non possit, praeter quorum administrationes tantum terrarum, sola ministri cultura indigentium ut plurimam messem proferant, superesse ut mille ministri sat esse non possint. Si in hoc rerum statu recens adventaret vicarius ap., decretum iuramenti intimaret; ministros alias sine querela repugnantes inveniret, suspensionem sponte subeuntes paratosque missionem potius deserere quam se iuramento subiicere: unde deplorabilem animarum iacturam suis ipsemet oculis cerneret, cui nulla ratione obviam ire posset, nisi per recursum et decreti suspensionem. Si hic a D. V. Illma consilium in tanti momenti re postularet, quid quaeso ei responderet? Num ut laeto animo pateretur suas oves in sui pastoris adventu a lupis vorandas derèliqui? An potius ut secundum directiones S. C.[94] suspenderet decretum, saluti animarum – qui fuit decreti finis – tam oppositum? Num censeret S. C. mentis esse ut missiones destruantur, si cum hoc onere alioquin inculpabiles ministrare recusent? Qui enim potestatem in aedificationem accepit, qui fieri potest ut eam in destructionem praecipere credamus?

24. Morti proximus – ut aiunt theologi – deficiente alio, etiam ab excommunicato potest absolvi. Et infideles, qui nonnisi ab iniurato a morte eterna reduci possunt, perire sinentur si ministri non iurent? Si hac de causa plecterentur ministri, transeat. At quid iis quiescentibus culpa – quae si est, eorum est – animae Christi sanguine redemptae aeternis cruciatibus redimere debeat, non sum capax nec scio quibus theologicis aut scripturalibus principiis haec doctrina innitatur. Ideo et verbo et scripto D. Argolicensis protestatus est, si D. Maigrot aliquid contra concessam administrationem attentet, se Romam appellare, sicut de facto appellavit[95]. Quod si ipse opponat ab executore non dare appellationem, R. D. Argolicensis si modum excedat appellationem locum habere. Quod modum excedatur, evidens est. Iniungit enim S. Sedes ne publicentur decreta scandalum paritura[96]. Cur ergo hoc cum tanto scandalo et animarum pernicie publicatur?

---

[93] Pipeli, civ. regni siamensis, ad occidentem civ. Bangkok sita.

[94] Instructiones S. C. a. 1659 vicariis ap. datae, editae apud Chappoulie, *Rome et les missions d'Indochine*, I, 392-402; excerpta ed. in *SF V*, 95-96.

[95] Per ep. 6 ian. 1685 ad Smum P. et ad cardinales, v. *SF V*, 94-98.

[96] V. textum instructionum a. 1659, editum in *SF V*, 95-96.

25. Illme Domine et pater, ad D. V. pedes obvolutus totum cor meum exhaurio, sperans a D. V. Illmae charitate et authoritate consultum iri ne novae dissentiones suboriantur donec S. C. suos sensus explicet, de quo iam ab ambobus vicariis ap.[97] requisita fuit. Ego hic valde timeo a D. Maigrot. Deus sit nobis propitius ne pro Deo contra Deum pugnemus, et qui animabus salvandis advenimus, de eorum damnatione in die extrema causemur. Videat quaeso divum Thomam p. 2, q. 96, a. 6, ubi expresse asserit quod *si observatio alicuius legis est damnosa communi saluti, non est observanda*; et quando *subitum periculum non patitur tantam moram ut ad superiorem recurri non possit, ipsa necessitas dispensationem habet annexam*[98]. Si hic hac theologia uti non licet, oportet alia assignetur qua utamur, ut nostris conscientiis providere possimus. Certe hanc legem esse communi saluti damnosam nos hic manibus palpamus; ideoque, propter recursus et appellationis vim, per se suspensam licet arbitrari. De his satis.

26. D. Basilitanus sine propriis eius bullis, quae nescio quo casu isthic relictae fuerant, dominica in Passione cum magna solemnitate fuit consecratus[99]. D. Maigrot noluit assistentis vices supplere[1]. Nescio an censeret non esse consecrandum. Eramus tamen alii quinque sacerdotes[2]. Quum dubitaretur an posset consecrari, fuit affirmative conclusum quia, praeterquam quod D. Argolicensis secum attulit eius breve Siamum usque[3], habebat bullam specialem per quam Summus Pontifex ei mandat ut ipsum consecret[4] etc.

---

[97] DD. López et Della Chiesa.

[98] Textus S. Thomae in I-2ae, q. 96, a. 6, v. *S. Thomae Aq. opera omnia*, ed. Leonina, VII, 187.

[99] D. Della Chiesa Cantone in ecclesia S. Francisci die 8 apr. 1685 Dnum López in episc. tit. Basilitanum consecravit, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 14, n. 71; *SF III*, 582-83, 683-84; *SF V*, 106-07, 113-14.

[1] V. supra ep. 6 oct. 1685, num. 23, ad n. 16.

[2] Nempe PP. Filippucci, Aug. a S. Paschali, Bas. Brollo et Petrus de la Piñuela; quintus verisimiliter est P. Bonav. Ibañez vel P. Io. Franc. Nicolai, v. supra ep. 17 nov. 1685, n. 15.

[3] Breve Innocentii XI, *Alias emanarunt*, 22 martii 1680, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 23, n. 13. – D. Della Chiesa hoc breve secum ex Roma attulit et Siami Dno Pallu tradidit, ib.

[4] Breve Innocentii XI, *Cum nos te nuper*, 16 apr. 1680 Dno Della Chiesa datum, v. *SF V*, 106, n. 6; 113, num. 5.

27. Quoad disposita ab Illmo b. m. episcopo Heliopolitano, si quae sint quod adhuc ignoramus constituta, certo sciat D. Argolicensem omnia quae tuta conscientia se exequi posse credit executurum. Quod se tuta conscientia exequi non posse putat, est missionariorum suspensio quam nulla ratione toleraturus est; existimaret enim se tot animarum reum quod hac de causa centenae et centenae perirent, et in hoc se Dei et S. Sedis voluntati obsecundare putat.

28. Illi 350 argentei[5], si D. Argolicensis suo munere fungi vult, illi soli non sufficiunt. Hic quilibet minister, si item non vult domi otiosus residere, saltem 140 patachis indiget ut est diuturna experientia comprobatum. D. Argolicensis rem Sacrae C. significavit[6]. Coeterum mihi iniunxit ut hac de re D. V. Illmam monerem, quae et Sacrae C. idem exponat et quid interim agendum indicet.

29. Hic e meo nil addo nisi certum testimonium quod, quanto plus minister abundaverit pecunia qua catechistas alere possit, tanto maiorem et maiorem animarum messem colliget; et si vellem satisfacere iis miserrimis qui extrema necessitate laborantes, in dies eleemosynas petunt, certum est quod nec 200 argentei nummi mihi sufficerent. In Domino confido cuius negotium gero. Si D. V. Illma aliquid supra assignatas eleemosynas addere possit, non dubito quin S. C. sit restitutura.

---

[5] I. e. annuum subsidium a S. C. statutum, nempe 200 scutata pro Dno Della Chiesa et 150 pro tribus sociis; pro quarto vero ipse episcopus solvere debebat, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 17, n. 86.

[6] V. expositionem episcopi in sua ep. 31 dec. 1684, ad. in *SF V*, 74-75.

XLI

EPISTOLA AD P. FR. XAV. FILIPPUCCI[7], CANTONE 17 FEBRUARII 1686.

Autogr. in *ARSI JS 163*, 327a r-v.

Satisfo a' suoi desiderii circa le propositioni a me note, che hebbero parte – se non furono tutta l'origine – nella condannatione del libro[8], e sono le seguenti:

1) Che è lecito dipingere e scolpire idoli per idolatrare e concorrere in qualsisia modo alla fabrica e restauratione de' tempii degli idoli, quando non si può commodamente scusarsi di fare dette opere.

2) Che quando li gentili constringono i loro servi a giurare sopra le figure degl'idoli, essi lo possono fare, intendendo di giurare per il vero Dio e saputasi la loro intentione.

3) Che li mandarini christiani, per pigliar il possesso del loro governo, possono andare al tempio del *Chinhoan*[9]; non con animo d'honorar l'idolo nè di pregarlo, ma solo per adorar la croce posta ivi sopra una tavola e far oratione a Dio e giurare nel modo cattolico.

4) Che quando alcuno si battezza, non se gli deve parlar dell'usure che fece, se egli non ne parla; lasciandolo in buona fede e dissimulando per all'hora, per non pregiudicare alla christianità con fare il contrario.

5) Che quando un tal christiano per usura havrà acquistato con buona fede cosa alcuna, non se gli ne faccia scrupulo nella confessione, quando egli per altro non l'ha e non vi è speranza di restitutione.

6) Che i missionarii possono lasciare la publicatione di quelle cose che sono di legge divina o naturale, ed anche di legge positiva, supposto ciò esser più tosto nocivo che profittevole.

---

[7] SI italus, minister ecclesiae SI Cantone,

[8] Liber patris Io. Ant. Rubino, *Metodo della dottrina*, a S. Officio 14 martii 1680 damnatus, v. supra ep. 16 nov. 1685, n. 26; Streit, *BM V*, 825-27.

[9] *Ch'eng-huang* = divinitas seu spiritus tutelaris civitatis.

Queste propositioni si trovano nel detto libro e son state notate[10]. Replico che non so, se siano partiale o total causa della condannatione; nè gli le propongo per authentiche, *mas conforme por notitias particulares que tengo*. Questo sì che è una bella spagnolada!

Di più si dice nel detto libro che queste dottrine – d'ordine del P. Aquaviva[11] – furono approvate in Roma da' padri Azono[12], Vasquez[13] e Mutio de Angelis[14]; et di più confirmate in una congregatione generale del S. Officio dal Summo Pontefice Clemente VIII[15]; il che non appare ne' registri del S. Officio.

Questo è quanto posso rapportargli in questa materia. Nel resto m'haverà sempre.

XLII

EPISTOLA AD D. LUD. QUEMENER[1], CANTONE 6 APRILIS 1686.

Autogr. in *AME 426*, 610.

1. Nudiustertius D. V. gratissimam epistolam accepi fecique quanti debui, quam semper plurimi faciam mei memoriam apud D. V. Nunc importune opportuna sese obtulit occasio hanc transmittendi;

---

[10] Octo propositiones praedicti libri quae damnatae fuerunt, notantur apud Launay, *Doc. hist.*, 79-80.

[11] P. Claudius Acquaviva, praepositus generalis SI a. 1581-1615.

[12] I. e. P. Io. Azor, SI hisp., professor philosophiae et theologiae in Hispania et Romae, praefectus studiorum in collegio romano, qui a. 1603 obiit, v. Sommervogel, *Bibliothèque*, I, 738; Villoslada, *Storia del collegio romano dal suo inizio alla soppressione*, 75, 324.

[13] P. Gabr. Vasquez, SI hisp., per 29 annos Romae et in collegio romano professor theologiae, qui a. 1604 obiit, v. Sommervogel, cit., VIII, 513; Villoslada, cit., 74, 324.

[14] P. Mutius de Angelis, SI italus, professor physicae, metaphysicae et theologiae in collegio romano ab a. 1585 usque ad suam mortem a. 1598, v. Sommervogel, cit., I, 388; Villoslada, cit., 234, 327 et 329.

[15] Clemens Papa VIII, Smus P. a. 1592-1605.

---

[1] MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1684-90 et 1701-04, biogr. in *SF III*, 599, n. 4. – Hoc a. 1686 una cum Dno Pin *Shaochow-fu* residebat, *SF V*, 123, num. 5.

qualisqualis sit, eam praetermittere nolui sperans, post transacta SSmae Resurrectionis solemnia[2], optato D. V. amplexu frui[3].

2. D. Argolicensis qui 24 februarii huc rediit [e] *Xaocheu*[4], tunc temporis cogitat ut D. V. visat, quod valde desiderat et ego multo magis. Cogitat visere provinciam de *Fokien*; unde etiam *Cancheu*[5] pervenit, aliquot diebus P. Grillon[6] fruiturus ut inde in *Fokien* penetret.

3. Nunc, tempori obsecundando, solum vacat ut plurimam et aeternam salutem mihi antiquissimo capiti precer; coetera coram. Valeat quaeso in Domino, qui donet ut quanto citius incolumen inveniam et amplectar D. V., cui me subscribo qualis fui et ero. Celeritas nimia non me permittit emmendare quas feci litteras seu denuo exscribere; quaeso ne aegre ferat.

XLIII

EPISTOLA AD EUNDEM, NANHSIUNG[7] 7 MAII 1686.

Autogr. in *AME 426*, 613.

1. Incolumes, Deo dante, heri mane *Nanhiung* pervenimus[8]. Hodie inopinato iam iam discessurus, huius delator huc venit quem ad D. V. mittere libuit ut ei possit committere litteras *Quangtung*[9] deferendas; nam quae huc nos perduxit navicula, nescio quandonam sit reversura.

---

[2] Die 14 apr. 1686.

[3] P. Basilius fuit socius Dni Della Chiesa in secunda visitatione pastorali, die 20 apr. 1686 incoepta; per *Shaochow* transire debuerunt ut prov. *Kiangsi* adirent, v. infra n. 8.

[4] D. Della Chiesa, ex prima visitatione rediens, *Shaochow* pertransiit et Cantonem 24 febr. pervenit, v. etiam supra ep. Della Chiesa ad cardinales 6 martii 1686, num. 1.

[5] *Kanchow-fu*, civ. de *Kiangsi*, residentia P. Adriani Greslon.

[6] P. Greslon tamen fuit absens quando D. Della Chiesa in hanc civ. advenit, *SF V*, 122, num. 2.

[7] *Nanhsiung-chow*, urbs de *Kwangtung*, residentia OESA hisp.

[8] D. Della Chiesa et P. Basilius Cantone 20 apr. 1686 discesserant. Post brevem visitationem missionis *Shaochow-fu*, illam OESA hisp. de *Nanhsiung* adierunt ibique 6 maii 1686 pervenerunt, v. etiam *SF V*, 121-22; 123, num. 3.

[9] Intellige *Kwangchow-fu* seu Canton.

Hodie D. Episcopus confirmationis sacramentum ministravit cum reductione duorum apostatarum, quem fructum communiter Deus ex eius administratione haurit. Plurimam D. V. et socio[10] salutem dicit.

2. Quod ad me attinet, verum fateor, maximam ex DD. VV. consuetudine – utinam diuturnior fuisset! – consolationem sensi. Faxit Deus perfici possit ex congressu cum sociis in urbe *Focheu*[11] quod ex infinita Dei pietate sperare licet, accedentibus maxime D. V. et socii orationibus, quod etiam atque etiam rogo. Cumque urgeat latoris discessus, finire cogor, me sine fine confirmans ex animo.

XLIV

EPISTOLA AD D. VALERIUM BROLLO[1], CANTONE 10 NOVEMBRIS 1686.

Mss. non servatur. Edita est in *Giard. seraf.*, I, 124-25; dies autem ab editore apposita erronea est[2]. Excerptum apud Della Stua, *Memorie*, 45.

1. Il lator della presente è il M. R. P. Fil. Grimaldi gesuita[3], gran favorito di quest'imperatore di China, e perciò una delle prime colonne di questa missione. Viene in Europa per negozi di grandissima conseguenza per la propagazione dell'Evangelo in queste parti. M'ha detto

---

[10] D. Io. Pin, tunc missionarius in *Shaochow*, v. supra n. 1.

[11] Socii MEP in *Foochow*, nempe DD. Maigrot et Le Blanc. – D. Della Chiesa in hanc metropolim 25 iulii 1686 pervenit et cum Dno Le Blanc negotia missionis tractavit. D. Maigrot absens erat, v. *SF V*, 122-23, num. 3-5.

---

[1] Pater P. Basilii Glemonae in Italia residens.

[2] Secundum editorem, haec ep. scripta est 20 sept. 1687. Cum autem P. Grimaldi, lator huius ep., iam 20 nov. 1686 ex urbe Macaonensi profectus sit, manifestum est hanc ep. ante hanc diem scriptam fuisse. Loco 20 sept. 1687 potius ergo legendum est: 10 nov. 1686.

[3] P. Phil. Grimaldi, SI italus qui iussu imperatoris in Europam pergebat, v. rationes huius itineris apud Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 528-31. P. Grimaldi, teste P. Ant. Thomas, iam 20 nov. 1686 Macai navem conscendit; Pekino 22 sept. profectus, Cantonem 2 nov. pervenerat, v. *ARSI JS 150*, 123-24; *JS 163*, 349. Secundum P. Greslon, ex Macao 22 nov. 1686 profectus esset, v. *AME 426*, 668.

dover passar per costì; onde l'ho supplicato pigliarsi l'incommodo di levar questa e in persona dargli quegl'avisi della mia persona che da me potrebbe desiderare. Il raccomandarglielo ben so esser superfluo. Basta il dirgli che, se io potessi servirlo col proprio sangue, lo farei; e mi saran più cari li servizi che li prestarà, che se li ricevessi io stesso.

2. Benchè sia persona di tanto merito, con tutto come religioso non disgradarà li piccioli servizi che V. S. potrà rendergli. Alla sua persona et alla communità tutta[4] lo raccomando per tutto ciò, che potrebbe costì occorrergli. A lui non manchi consegnar lettere, e sue e di tutti miei fratelli[5], che egli mi farà grazia portarmele. Prego il Signore, come sempre faró, conservi V. S. e tutta la casa in sua S. Grazia con tutte le felicità che sa desiderare, e resto.

XLV

EPISTOLA AD P. FRANCISCUM A S. IOSEPH DE MONDEJAR[6], CANTONE 14 NOVEMBRIS 1686.

Autogr. in *AP 11-2.*

Paternam charitatem spirantes P. V. A. R. litteras cum filiali affectu, ut debeo, legi et perlegi. Utinam is essem qui fratribus meis[7] alicui usui esse possem! Qualisqualis sum, Deo dante, non permittam ut in me fraternam charitatem desiderare possint; omnique studio curabo ut P. V. A. R. eiusque successores me filiali corde praeditum sentiant, paratum ad omnia eorum obsequia et nutus, quos ut paternos semper exequi et venerari in animo est. Servet Omnipotens P. V. cui, post sacrarum manuum oscula, me subscribo.

---

[4] Cives Glemonenses.

[5] Nomina fratrum P. Basilii dantur supra, in ep. 16 martii 1685, n. 7.

[6] Minister provincialis prov. S. Gregorii M. in Philippinis a. 1684-87.

[7] OFM hisp., apud quos P. Basilius morabatur.

XLVI

EPISTOLA AD D. LUD. QUEMENER[8], CANTONE 20 NOVEMBRIS 1686.

Autogr. in *AME 427*, 75.

1. Noster P. Commissarius isthac transit[9]. Qui possem non ei ad P. V. litteras dare? Aliter P. Vestrae, aliter mihi ipsi non satisfacerem; et licet nil novi habeam quod scribam, habeo tamen semper novam et dulcem mei Quemener memoriam, quam tester. Pauperculo coeteris destituto hoc sufficere, si non potest, saltem debet; et P. V. nota charitas id officii acceptare, si non debet, saltem potest. Unde hoc mihi sufficit, speranti insuper P. V., sicut rogo et desidero, mei in suis S. Orationibus et sacrificiis non oblituram, sicut et ego P. Vestram non obliviscor.

2. D. Argolicensis parum bene valet. Cras *Xaoking*[10] tendit, sperans aeris mutationem sibi profuturam[11]. Deus faxit, a quo P. V. plurimam felicitatem plurimumque pro eius gloria laborare postulo. Dno de Cicé[12] meo nomine salutem plurimam. Valeant in Domino.

---

[8] Minister ecclesiae de *Shaochow-fu* (*Kwangtung*).

[9] P. Aug. a S. Paschali, commiss. prov. a. 1686-90, qui mense nov. 1686 novos missionarios PP. Ios. Navarro et Aug. Rico ad prov. *Fukien* conduxit; hacque occasione possessionem novae domus de *Nanan-fu* (*Kiangsi*) inire voluit. In hoc itinere per *Shaochow-fu* transire debuit, v. ep. P. Augustini 15 nov. 1686, num. 13, ed. in *SF III*, 610.

[10] *Chaoking-fu* (*Kwangtung*), civ., residentia OESA hisp.

[11] D. Della Chiesa Cantone 21 nov. 1686 profectus est, v. ep. seq., num. 1.

[12] D. Lud. Champion de Cicé, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1684-96, biogr. in *SF III*, 676, n. 2. – D. Cicé prov. *Hukwang* petere volens, tunc apud D. Quemener ad tempus adhuc remanebat.

XLVII

EPISTOLA AD ILLMUM OD. CIBO[1], CANTONE 24 NOVEMBRIS 1686.

Autogr. in *APF SR Congr. 4*, 584-85v.

1. Spacciata una via e serrata l'altra per questa corte, Mgr d'Argoli, trovandosi infermo di certa flussione molto fastidiosa per non gli conferire l'aria di quì, passò tre giorni sono a *Xaoking-fu*[2], a una chiesa de' PP. Agostiniani, due giorni e mezzo lontana da questa città. In questo mentre è arrivato in questa chiesa de' nostri PP. Francescani[3], da *Xaocheu-fu*, il Sig. Quemener[4] con dispacci di Siam; dentro a' quali v'era una lettera per me, in risposta di quella che l'anno passato – per l'absenza di Mgr d'Argoli, d'ordine suo – scrissi a Mgr Illmo vescovo di Metellopoli[5]. E perchè in questa lettera mi scrive detto Mgr che, così la mia dell'anno passato come la sua presente di risposta, con prima occasione l'inviarà a Roma acciò la verità habbia il suo luogo, m'è parso debito annotar brevemente le discolpe delle cose più sostantiali che in essa si contengono, dubitando ch'il nostro Mgr d'Argoli non farà a tempo per poter mandar più lettere quest'anno[6].

---

[1] S. C. secretarius a. 1680-95.

[2] V. ep. praec., num. 2.

[3] Ecclesia B. M. V. de Portiuncula, intra muros civ. Cantoniensis.

[4] D. Lud. Quemener MEP, minister ecclesiae de *Shaochow-fu*, a Dno Maigrot Cantonem missus ad decreta Dni Laneau missionariis huius civ. promulganda, ibidem inter 21 et 24 nov. pervenit. P. Augustinus ac etiam D. Della Chiesa ante eius adventum Cantone abierunt, v. *SF III*, 613, 616-17 ss. D. Della Chiesa 21 nov. – *tre giorni sono* – profectus est. P. Augustinus erat lator ep. praecedentis 20 nov. 1686, uti P. Basilius num. 1 declarat. Verisimile est ergo quod D. Della Chiesa, P. Augustinus eiusque socii PP. Navarro et Rico omnes die 21 nov. profecti sunt, partem itineris insimul instituentes, v. ep. praec., n. 9.

[5] D. Lud. Laneau, episc. tit. Metellopolit., vic. ap. de Siamo, v. supra ep. P. Basilii ad D. Laneau exeunte a. 1685; responsum Dni Laneau 22 iunii datum est et servatur in *APF SO CP 1686-89*, 21-23.

[6] D. Della Chiesa infirmitatis causa missionem de *Chaoking-fu* petierat; ante finem huius anni tamen adhuc duas ep. Dno Cibo dedit: unam 2 dec. 1686, v. *SF V*, 129; alteram 20 dec. 1686, supra in hoc volumine editam.

2. Dice dunque la lettera: *At pluribus contendit P. V. quod Sacrae C. decretum de emittendo iuramento*[7] *vergat in destructionem fidei, non in aedificationem. Tutum mihi non videtur, pater mi amantissime, in S. Sedis aut S. C. mandata inquirere ac de illorum aequitate ferre iudicium. Multo tutius est in pace et silentio stare atque verborum iuramenti quod iam pridem edidit P. V.: quod si per quoscumque de meo consilio requisitus fuero*[8] etc., *meminisse.* Illmo mio signore e padre, è un punto questo che, ferendomi nell'intimo del cuore, se non lo sentissi sarei insensato. E molto più, che non è questa la prima volta che mi sento cantare una tal antifona, havendomi il primo anno del mio ingresso scritto l'istesso M. Maigrot in contingenza simile.

3. Vero è esser chiarissime le parole del giuramento, che per niun caso il missionario possa dar consiglio *circa missiones et earum administrationem*[9]; il che non una volta m'ha reso mutolo alle richieste dell'istesso Sig. vescovo d'Argoli; nè son io solo che in questo habbia scrupolizato. Alla mia presenza nella città di *Focheu* Mgr d'Argoli dimandò al P. Magino OP[10] il suo parere *secundum canones* circa – se ben mi ricordo – l'amministratione del vicariato di *Fokien*, caduta nella persona del Illmo Sig. Basilitano[11], se poteva delegare l'autorità[12] etc. Rispose il padre, dottore e theologo, che egli haveva fatto il giuramento et che non poteva di questa materia discorrer cosa alcuna; tanto più che in una confessione generale che fece, per simil caso gli fu o negata o molto contesa l'assolutione. A tal termine siamo ridotti che nè meno potemo *tractare fabrilia fabri.*

4. Con tutto mai m'è caduto in pensiero esser tale l'intentione della S. C., e molto più restai in ciò confirmato dalla dichiaratione del

---

[7] S. C. decretum 29 ian. 1680, textus apud Maas, *Cartas*, II, 149-51.

[8] Excerptum ex textu iuramenti praescripti, v. Maas, cit., 149. – Ipse P. Basilius hoc iuramentum Venetiis mense oct. 1680 emiserat, v. supra primum docum. P. Brollo.

[9] En textum iuramenti: *Quod si per quoscumque de meo consilio circa missiones et earum administrationem in illis partibus quocumque nomine, titulo vel praetextu requisitus fuero, ea in re nullo modo me ingeram, sed iudicio S. Sedis Ap. relinquens ...*, v. Maas, cit., 149.

[10] P. Mag. Ventallol, OP hisp. – D. Della Chiesa idem factum narrat, v. supra eius ep. 20 dec. 1686, num. 15; v. etiam *SF V*, 129, num. 4.

[11] D. Greg. López, OP sinensis, episc. tit. Basilit. et vic. ap. Nankinensis.

[12] D. Della Chiesa enim a Dno López pro toto vicariatu *Fukiensi* delegatus fuit, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 16.

giuramento, fatta dall'Illmo Mgr d'Heliopolis, inserta nella sua lettera pastorale[13] con queste precise parole: *Primo itaque, cum nonnulli liberam atque a nemine dependentem Summi Pontificis authoritatem his in missionibus obeundis impedire aut imminuere voluerint, promittunt missionarii fore ut ab eo negotio se prorsus removeant ac ne suo quidem consilio illos adiuvent qui circa missiones aut earum administrationem pontificiae authoritati detraherent, per quoscumque tandem et quocumque nomine, titulo vel praetextu de suo consilio requirantur*[14].

5. Onde, dopo di ciò, senza scrupulo d'incorrer nelle pene del giuramento, ho detto e dato miei pareri ne' casi che sono occorsi, non essendomi mai offerto caso che pregiudicasse un punto all'authorità della Sede Ap., per cui son pronto col favor di Dio dar il sangue et la vita. Se poi l'attestar ciò che vedo cogl'occhi e tocco con le mani – che il decreto del giuramento contro l'intentione de' decretanti è riuscito in pregiudicio della fede, cioè della di lei propagatione; et il dedurne le conseguenze per scritti dall'istessa S. C. et insegnati communemente da' canoni, da' theologi e da' santi –, sia pregiudicare all'autorità pontificia, ne lascio il giudicio alla S. C. et sponte abbracciarò qualunque pena, che – gratie a Dio – prima voglio la salute propria, poi l'altrui.

6. Aggiunge dopo questo il suo parere circa la nullità delle facoltà, concesse dal Sig. d'Argoli[15], dicendo che – havendo tutti li missionarii puntualmente obedito *sine mora et tergiversatione* a' decreti ap., altri col far il giuramento, altri col sospender l'amministratione – era meglio aspettar alquanto gl'intenti della S. C. che non con tanta fretta ricorrer all'epikeia; che se da ciò ne fusse nato alcun scandalo, tutta la colpa – se pur vi fosse – ricaderebbe o nella S. C., *quae verum ignara – ut nimis temere aliqui non verentur effutire* – ha imposto peso sì grave; o alla precipitosa ignoranza del Sig. d'Heliopoli. Se tal facoltà sian nulle o no, si sta con impatienza attendendo il giudicio della S. C., a cui si sono scritti li fondamenti dell'oprato. Che poi fusse meglio permettere li scandali presenti della sospensione et gli imminenti del

---

[13] Prima ep. pastoralis Dni Pallu ad Sinarum missionarios, Formosae 1 ian. 1684, textus in *APF SO CP 1684-86*, 11-14.

[14] Ib., 12-13.

[15] V. explicationes ab ipso Dno Della Chiesa datas in sua ep. 20 dec. 1686, num. 9-14.

lasciar la missione tanti soggetti, con la perdita di tant'anime, che essecutare gl'ordini prescritti dall'istessa S. C. nelle sue instruttioni ch'havemo *prae manibus*[16] – che sarebbe con pretesto d'ubidienza, disubidire –, io l'intendo che no; con tutto mi sottometto al giudicio di chi devo[17].

7. *At vereor*, soggiunge, *ne S. C. deteriorem in partem accipiat quod Illmus D. Episc. Argolicensis – praeter facultates quas contra tam strictum ipsius praeceptum dedit missionariis qui iuramentum emittere prohibebantur, et quae meo quidem videri nullae sunt atque irritae ut iam dixi – alias etiam ad patres Soc. Iesu qui ultro ad iuramentum convolabant, voluerit vel non postulantibus obtrudere, quasi eosdem ab obsequio S. Sedi revocare intenderet, quae quidem facultates aliquis de illis ad me misit.*

8. Povero Mgr d'Argoli, questo li mancava – per premio d'haver ritenuti tanti ministri in China et con ciò guadagnate sin ad hora migliaia d'anime al cielo – che fusse tacciato per promotore di ribellione alla S. Chiesa! Ma che si può rispondere a lettere che parlano? La verità che tali lettere mai salirono da sua mano, nè entrarono in sua immaginatione; essendo io testimonio di vista et d'udito ch'egli ha fatto quanto ha potuto, sino a ricever li giuramenti di quanti ministri son in China; che tutti capitarono in mie mani et l'anno passato li spedii[18]. È cosa questa di cui si può facilmente scolpare, col ricercar da cada missionario – in particolare della Compagnia di Gesù – se mai gl'ha offerte simile facoltà senza la soggettione del giuramento. Esso ben si discolparà[19]. Questo io prevengo se per sorte non potesse lui quest'anno dar ragione di se stesso.

9. *Ad quid autem de iurisdictione movere quaestionem? Ecce nos reliquimus omnia* etc. Mio Signore, si rende criminoso Mgr d'Argoli per haversi usurpata l'amministratione del vicariato di *Fokien*; al che può rispondere ch'egli così l'intese, non havendo appreso nella religione le formalità del jus canonico. E stimo che, dove da una bolla

---

[16] Instructiones S. C. ad primos vicarios ap. a. 1659, v. excerpta edita in *SF V*, 95-96.

[17] S. C. reapse modum agendi Dni Della Chiesa primum improbavit et revocationem facultatum concessarum imposuit; imo revocationem episcopi ad Urbem iam statuerat. Postea tamen, omnibus bene perpensis, de facto illius stetit iudicio, v. expositionem in *SF V*, XXXVIII-IX.

[18] Circa iuramenta patrum SI, v. supra testim. 13 aug., 1 sept., 10 et 15 oct. 1685.

[19] V. supra ep. Della Chiesa 20 dec. 1686, num. 2-4.

consta che egli è vicario apostolico, nominandolo tale il Sommo Pontefice, et dall'istessa si prescrive che il vic. ap. vivo succeda al defonto[20] – essendo per all'hora lui solo in China[21] – stimò, dissi, senza dubio immaginabile, a lui toccare questa amministrazione. Essendoli poi contesa, sponte la cesse[22]. Vero è che accettò la delegatione fatta in sua persona dall'Illmo Sig. Basilitano di pro-amministratore dell'istesso vicariato[23]. Ma ciò fu primieramente per oviare che M. Maigrot non lasciasse salir di China li ministri[24]; il che stimava contro l'intentione della S. C. che è non di diminuire, ma di propagare la fede; ben vedendo ch'alla lor salita ne sarebbe seguito che o soli li sig. francesi[25], o sola la Compagnia sarebbe restata in China; oltre il scandalo et pregiudicio intolerabile che ne riceveva la causa di Dio et la salute dell'anime, causa finale di tutti li decreti.

10. Si mostra poi un poco risentito che io gl'habbia scritto e dato fede ad alcune relationi sinistre circa il P. Ferret – non è Ferret ma Gussan[26] –, da cui ho ricevute longhe lettere in discolpa. Questo è quello di cui l'anno passato scrissi alla S. C. esser capitate lettere a Mgr d'Argoli, sottoscritte con giuramento da alcune 8 o 10 persone, che non haveva voluto assolvere alcuni che non volsero o non poterono dargli dinaro[27]. Io *in rei veritate* all'hora istessa non concepii altro, se non che detto signore, rigido alquanto nell'amministratione del sacramento, volesse prima satisfacessero con la limosina che darli l'assolutione. Nè mi pare esser ingannato, perchè nella sua lettera istessa[28] egli mi scrive queste formali parole: *Si autem aliquos – utpote*

---

[20] Breve *Illis quae ad felicem* ab Innocentio Papa XI 16 martii 1682 datum, textus in *SF V*, XLI, n. 6.

[21] Cognito enim obitu Dni Pallu mense ian. 1685 D. Della Chiesa erat revera solus vicarius ap. in Sinis: D. López enim nec consecratus est, nec possessionem vicariatus Nankinensis inierat.

[22] V. supra ep. 6 oct. 1685, num. 16; *SF III*, 588, num. 14; *SF V*, 108-09, num. 3.

[23] Ib., et supra num. 3.

[24] Regulares hispani, qui iuramentum emittere non potuerunt.

[25] Sacerdotes seminarii Parisiensis, MEP.

[26] D. Tussanus seu Toussaint Féret, MEP gallus, missionarius in Cocincina a. 1680-1700.

[27] V. accusationem a D. Iosepho Cardoso 20 sept. 1685 factam, infra app. Brollo, num. 19; et supra ep. 6 oct. 1685, num. 20; ep. 17 nov. 1685, num. 4; et ep. seq., num. 11-13.

[28] Ep. Dni Féret ad P. Basilium, in regno Ciampa 4 aug. 1686 data, v. ep. seq., num. 10.

quos ad absolutionem recipiendam indispositos iudicaverim – non absolvi, certe nec divites nec pauperes aspexi, sed cuiusque dispositionem attendi. Si autem, ut iam dixi, aliquas eleemosinas percepi, non mihi faciendas volui sed aliorum necessitatibus subveniendum curavi. Quod autem aliquos parere nolentes non absolvi et ut non satis dispositos ad beneficium absolutionis recipiendum tum ex aliis signis, tum ex illis iudicavi, non video cur R. T. etc. ... Sciat R. T. Nhamei[29] *et aliis huius missionis locis quasi esse in more positum christianum quemquam, qui scandalum aliquod fecit, ad aliquam pecuniae summam tribuendam cogi ad pia opera vel eleemosinas applicandam, et etiam multoties antequam confiteatur.*

11. Questa è confessione del padre istesso, di cui conservo la lettera. Di più mi mandò annesso un attestato d'un portughese da me conosciuto[30] in cui meglio si dichiara il tutto: *Digo eu que as cousas não furão assim, si não pella conficão que fiziera algum da dita nao*[31]; *confeçando com o padre a seus peccados, lhe dera por penitencia que lhe desse esmola para qualquier igreja; e elles como ignorantes entendeirão que o dito padre pidiesse dinheiro para lhe confessar.* In italiano dice: *Dico io che le cose non passarono così, se non per la confessione che facesse alcuno della detta nave; confessandosi con il padre di suoi peccati, li desse in penitenza che gli dasse limosina per qualche chiesa; e essi come ignoranti entendessero che il padre dimandasse dinaro per la confessione.*

12. Questo a me non pare ben fatto, e mai lo farò. Se essi sono d'altro parere, se lo giustifichino, che io molto godo venga ciò a notitia della S. C. Questo m'è parso necessario brevemente scriver a V. S. Illma per scarico e mio e di Mgr d'Argoli, che m'ha delegate sue veci. Scrivo con tutta fretta, nè ho tempo far copia di quanto scrivo, per non perder l'occasione di mandar questa subito a Macao. Scriverò per altra via più distintamente[32], come pure darò alcune altre notitie minute di questo tempo in queste parti. V. S. Illma con sua innata benignità mi condoni e compatisca, cui Dio feliciti *in utroque saeculo*. Li bacio riverente le sacre vesti.

---

[29] *Nhamei*, ioco *Nharu* scriptum, erat locus residentiae dicti D. Féret, v. ep. seq., num. 11; Launay, *Mémorial*, II, 242.

[30] Nomine Iosephi López, qui testimonium 3 aug. 1686 ad P. Basilium miserat, v. ep. seq., num. 11; ep. 4 nov. 1694, num. 2.

[31] Navis lusitana Dni Cardoso, *Aguia* vocata, v. app. Brollo, num. 19.

[32] V. ep. seq.

XLVIII

EPISTOLA AD ILLMUM OD. CIBO, CANTONE 13 DECEMBRIS 1686.

Autogr. in *APF SR Congr. 4*, 588-89v.

1. Spacciai poco ha per il R. P. Grimaldi[1] un altra via[2], scritta con tanta celerità ch'harà V. S. Illma d'usare un atto di sua solita benignità per condonarmi. Nè mi pareva poterla omettere, acciò – essendo già forse arrivate le lettere dell'Illmo Sig. vescovo di Metellopolis[3] in Roma, scrivendomi lui stesso doverle mandare, – non patisse pregiudicio la verità con detrimento delle missioni. Tanto più che in esse vi sono più cose evidentemente false, quali ha saputo da poco sinceri relatori; che se costì fussero accettate per vere, non potrebbe non restar pregiudicata l'innocenza. Ma perchè queste in gran parte toccano all'Illmo Sig. Argolicense ed egli stesso scrive a V. S. Illma[4], io solamente dirò quello che s'aspetta alla mia persona.

2. Mostra detto Mgr Metellopolitano esser aggravato dalla lettera che [io] gli scrissi l'anno passato[5]; et io mi trovo molto angustiato di quelle che quest'anno m'ha date in risposta[6]. Eccone un fondamento: *At pluribus*, dice egli, *contendit R. V.*[7] etc. Sarei di pietra se non sentissi questo colpo, che sin ad hora tanto m'ha dato da sospirare; e che mi servirebbe haver scorso un mezzo mondo per salvar l'anime altrui, se con tanta facilità andassi perdendo la mia? Sin nel camino, quando cominciai a ripensare l'obligationi del mio ministero e legger le bolle e decreti apostolici a quest'effetto spediti, al considerar il prescritto nel giuramento di non s'ingerire in modo alcuno, nè sotto

---

[1] P. Phil. Grimaldi, SI italus, mandato imperatoris Europam petens, v. supra ep. 10 nov. 1686, n. 3.

[2] Ep. praec.

[3] Ep. Dni Laneau 22 iunii 1686 ad P. Basilium, v. ep. praec., n. 5.

[4] V. supra ep. Della Chiesa 20 dec. 1686.

[5] V. supra ep. exeunte a. 1685 a P. Basilio Dno Laneau datam.

[6] Responsum Dni Laneau 22 iunii 1686, v. supra n. 3.

[7] Textus huius paragraphi in ep. praec., num. 2.

pretesto che sia, in dar conseglio *circa missiones et earum administrationem*[8], giudicai non esser intentione della Sede Ap. prohibire a' missionarii il non poter consultar di cose spettanti alla missione, e che *non tractent fabrilia fabri*. Con tutto più d'una volta ricusai di rispondere al Sig. vescovo d'Argoli che di simili cose m'interrogò.

3. In fine, giunto in China, trovai dall'Illmo Heliopolitano, supremo administratore, spiegato il giuramento et questo punto dichiarato con queste precise parole: *Primo itaque*[9] etc. A questa explicatione senza scrupulo mi sono attenuto; et con ciò ho detto e dato mio parere nelle contingenze che sono occorse, non havendo incontrata alcuna che sia pregiudiciale all'autorità della Sede Ap., per cui son pronto, colla gratia del Signore, dar il sangue et la vita.

4. Con tutto mi s'intona quest'antifona; nè questa è la prima volta, che già sin il primo anno M. Maigrot in altra contingenza simile pur me la intonò. Et in *Fokien* alla mia presenza, il P. Magino OP, dottore theologo, ricercato da Mgr d'Argoli del *quid iuris* in materia che nulla toccava l'autorità ap., rispose haver egli fatto il giuramento; perciò non poteva parlar di simili materie; et che per simil causa, in una confessione generale che fece, gli fu contesa l'assolutione[10].

5. A tal termine siamo ridotti, contro il tenore dell'istesso decreto[11], che permette – dopo prestata l'ubidienza – esporre ciò che parrà opportuno circa l'uso de' decreti ap. Hor dopo prestata da tutti l'obedienza – da altri col giuramento, da altri con la sospensione –, che sia *offesa dell'autorità ap.* il dire che tali decreti sortiscono fine contrario agl'intenti de' decretanti – cosa che si vede con gl'occhi e si tocca con le mani –, e che ne meno si possa sopra ciò dar parere, se viene ricercato da chi ha autorità?, io, con tutta sommissione e rassegnatione alle determinationi che saliranno dal tribunale della S. C., sin ad hora non posso concepirlo. Quantunque molto desiderarei, se mi fusse permesso dal voto giurato, non ingerirmi punto in questi negotii, et esser in luoghi dove ne meno potesse venirmi in notitia ciò che o sia il significarlo o sia il tacerlo. Tutto mi lascia con scrupulo.

---

[8] V. ep. praec., num. 3, n. 9.

[9] Textus huius paragraphi ex ep. pastorali Dni Pallu 1 ian. 1684 editur supra in ep. praec., num. 4.

[10] V. ep. praec., num. 3.

[11] S. C. decretum de iuramento 29 ian. 1680.

6. Soggiunge Mgr vescovo[12]: *Hoc sane per quam molestum mihi esse fateor quod missionarii qui a S. C. sinu similiter prodiere, in varias possint abire sententias, idque cum de mandatis S. Sedis agitur; nec puto gravius unquam malum posse in missionibus contingere quam si missionarii ipsi reliquis ad inoboedientiam viam sternant.* Non so se voglia dire o che Mgr d'Argoli o io siamo promotori d'inobedienza, o pure che gli altri missionarii si facciano a' neofiti esemplari d'inobedienza.

7. Se il primo, io più tosto portarò la pena di disubidiente che sentirne l'infamia; a cui mi pare sufficientemente potermi sotrarre, se apparisca ch'in China non si trovi missionario disubidiente. Avanti la sospensione della legge, l'istesso Mgr de Metellopoli afferma che tutti erano obedienti con queste parole: *Alii praedictum illico emisere iuramentum. Alii vero, cum nondum habita a superioribus suis licentia sibi supersedendum esse censerent, non emiserunt quidem, sed et ipsi pari erga S. Sedem observantia, a pristinis absque ulla tergiversatione aut mora cessarunt officiis. Quae sane agendi ratio non mediocrem, tum apud ipsum praepotentem Deum, tum apud homines promeretur laudem.*

8. Dopo concessa l'amministratione, pure non mi pare possano tacciarsi di disubidienti quelli ch'in gratia del vic. ap., suo prelato immediato, amministrano *pro nunc*: pronti ad ogni minimo cenno – o sia del prelato che gli ha concessa l'amministratione, o sia della S. C., – non solo a sospender l'amministratione, ma a lasciar prima la missione che disubidire; nè v'è minimo pericolo siano per resistere. Dal che ben si può dedurre nè meno esser pericolo si facciano essemplari di disubidienza alla S. Sede.

9. Io non m'ammiro tanto che Mgr di Metellopoli, come lontano, habbia somiglianti scrupoli; m'ammiro ben sì che questi, che stando in China dovrebbero saper le cose che passano di sotto de' suoi occhi, gli diano fondamento di formarli[13]. Quanta fede però meritino queste relationi che dalla China li furono date da chi si sia, restarà l'istesso Mgr di Metellopoli sufficientemente convinto dalle falsità manifeste che l'anno passato gli furono significate.

---

[12] D. Lud. Laneau, episc. tit. Metellopol., vic. ap. regni siamensis, in sua ep. 22 iunii 1686 ad P. Basilium.

[13] D. Car. Maigrot, D. Phil. Le Blanc et alii sacerdotes MEP in Sinis.

10. Si mostra poi il detto Mgr alquanto risentito di ciò che l'anno passato gli scrissi, circa l'haver il P. Gussan[14] in Cocincina negati li sacramenti ad alcuni portoghesi. Gli scrissi ciò che pur relatai alla S. C.[15]: cioè che quelli che havevano dinari furono assolti; quelli che no, no. Quello che *in rei veritate* concepii all'hora fu, non ch'il detto padre vendesse li sacramenti, ma che imponesse penitenze pecuniarie; quali non pagate, non desse l'assolutione. Con tutto il detto Mgr[16] mi scrive: *R. V. me monuit de iis quae nemo audierat de D. Ferret* – non è Ferret ma Gussan[17] – *in Cocincina, sed ea non ita esse comperi.* Hor ecco dalla penna dell'istesso M. Gussan, che mi scrive una lettera di lamentationi, il fatto tale quale io lo concepii. Mi scrive di Ciampa, regno contiguo alla Cocincina, il 4 agosto 1686, e la lettera la conservo. Dice dunque così: *Si autem ut iam dixi*[18] etc.

11. Annessa alla sua lettera mi manda di più un altra lettera o attestato di Joseph Lopez (portughese a me noto[19]) che dice così: *A mim me dixe o P. Taio* – questo è l'istesso P. Gussan che nell'istesso biglietto mi scrive: *suum de me testimonium Rev. Tuae mittit – que assiste em Nhareu*[20], *como V. R. escriviera para Siam ao Senhor bispo D. Luis, quexando do dito P. Taio que assiste em Nhareu sobre as confissões: que o padre não queria dar da confessar os homens da nao*[21], *sem dar dinheiro primeiro para confessar os homens da nao do rey de Sião. Digo eu que as cousas não furão assim*[22] etc.

12. Queste sono le notitie che mi vengono *immediate* dall'istesso P. Gussan, alle quali non voglio aggiongere cosa alcuna. Che poi habbia avisati altri, a' quali non s'apparteneva, non mi rimorde di ciò la conscienza; nè fu questa cosa segreta, come Mgr la suppone, havendosi

---

[14] D. Tussanus Féret, v. ep. praec. num. 10.

[15] V. supra ep. 6 oct. 1685, num. 20.

[16] D. Lud. Laneau.

[17] D. Tussanus seu Toussaint Féret.

[18] Paragraphus ep. Dni Féret iam editus supra, in ep. praec., num. 10.

[19] V. ep. praec., num. 11.

[20] Nharu, Nhamei, ib., n. 29.

[21] Navis *Aguia*, cuius dux Ioseph Cardoso accusationem 20 sept. 1685 contra Dnum Féret ad D. Della Chiesa detulit, v. infra app. Brollo, num. 19.

[22] Continuatio huius paragraphi iam edita est in ep. praec., num. 11.

in Macao pigliato sopra di ciò giuridica informatione, sottoscritta da non pochi testimonii[23].

13. Questo m'è parso dover significare a V. S. Illma e, per suo mezzo, come la supplico se vi sarà necessità, alla S. C., quale – giunto con le discolpe che darà Mgr d'Argolis[24] – saranno sufficiente risposta all'oppositione che fa nelle sue lettere, qual scrive voler mandare alla S. C. il sopradetto Illmo Metellopolitano[25]. Prego Dio assista a questa povera missione che noi la vediamo in precipicio; di cui non si può non timere, se tanti missionarii in un colpo l'abandonassero, come succederà se non s'apre altro camino. Dio è onnipotente e S. Chiesa vera madre; onde, con la fondata speranza di meglio, si può tollerare l'afflitione presente. Supplico V. S. Illma condonarmi l'importunità, e col bacio riverente delle sacre vesti mi rassegno *ex animo*.

XLIX

EPISTOLA AD D. LUD. QUEMENER[1], CANTONE 12 FEBRUARII 1687.

Autogr. in *AME 426*, 839.

1. Accepi fasciculum litterarum quae ad me misit. Tempore opportuno venerunt, nondum enim siamenses de discessu cogitant[2]. Franciscus[3] praetendebat navim siamensem hic in urbe *Quangcheu* conscendere; dux, nescio qua de causa, id ipsi denegat et contendit ut Macaum pergat, ibi navim tuto conscensurus. Cum vero Franciscus audierit se a Macaensibus perquiri, id non audet; sed me rogavit ut

---

[23] Novem testes huic ep. Dni Cardoso nomen apposuerunt, v. infra app. Brollo, num. 19.

[24] V. supra ep. Della Chiesa 20 dec. 1686.

[25] V. ep. praec., num. 1.

---

[1] MEP gallus, minister ecclesiae de *Shaochow-fu*, in prov. *Kwangtung*. D. Quemener mense nov. et dec. 1686 Cantone adfuit, v. supra ep. 24 nov. 1686, n. 4; ep. P. Filippucci 23 oct. 1687, in *APF SR Congr. 4*, 721-22.

[2] Nautae navis siamensis, quae solum circa 17 martii 1687 discessit, v. *SF V*, 131.

[3] Famulus sacerdotum MEP, v. *SF V*, 131, n. 5; et infra ep. 6 martii 1687, n. 16.

a duce navis obtineam hic navim conscendat, quod et me consequuturum spero[4]; eoque obtento, ipsimet eidem D. V. litteras tradam. Quod si aliquis timor subrepat, non ipsi sed navis duci committam.

2. Illmus Dominus[5] convalescit, Deo gratiae et postea D. Vestrae; ast eius convalescentia est sat molesta, quae illi aegre cibum, potum et somnum permittit. P. Commissarius[6] cum audivisset in *Nangan*[7] non potuisse ad socios de *Xantung*[8] necessaria transmitti, ut in necessitate constitutis praesto esset, quam velocius Cantonem regredi coactus est, dolens se non potuisse Dni de Cicé[9] benevolentia perfrui.

3. Nos hic Deo dante valemus, memores passim nostri dilectissimi medici, fratris, amici et patris, quem Deus quam longissimo tempore incolumen servet et felicem plurimumque in his regnis ad sui gloriam laborare concedat. Quando haec advenerit, iam mihi persuadeo Dnos Cicé et du Carpont[10] iter per *Huquang* arripuisse[11]. Deus incolumes perducat; quod si non adhuc discesserint[12], hanc quaeso cum iis velit habere communem, quos communis charitatis nexus constringit, quibusque tribus veluti uni me protestor in aeternum, D. V. A. R., cui Illmus Dnus[13] plurimam salutem.

---

[4] P. Basilius id reapse obtinuit, v. ep. seq., num. 1.

[5] D. Della Chiesa qui infirmitatis causa *Chaoking-fu* petiit, v. supra ep. 20 nov. 1686, num. 2; ep. 24 nov. 1686, num. 1.

[6] P. Aug. a S. Paschali, OFM hisp., commissarius prov. a. 1686-90.

[7] *Nanan-fu*, civ. prov. *Kiangsi*, in qua OFM hisp. novam fundationem initiaverunt. P. Augustinus mense nov. 1686 hanc civ. adiit ad componendum negotium emptionis huius novae domus, v. *SF III*, 610, 617 ss.

[8] PP. Bernardus ab Incarnatione et Emm. Bañeza, OFM hispani, prov. *Shantung* missionarii.

[9] D. Lud. Champion de Cicé, MEP gallus, qui durante absentia Dni Quemener – mense nov. et dec. 1686 Cantone degentis – missionem de *Shaochow* administravit, v. supra n. 1.

[10] D. Ivo Le Hir du Brand-Carpon, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1686-91, biogr. in *SF V*, 118, n. 9. D. Carpon tunc adhuc linguae studio incubuit.

[11] D. Cicé solus e *Shaochow* 18 apr. 1687 ad missionem de *Hukwang* profectus est, v. *AME 404*, 57-59. – Ipse D. Della Chiesa iam 13 nov. 1686 sacerdotes MEP ad hanc missionem invitaverat, v. *SF V*, 127.

[12] D. Cicé tunc nondum discesserat, v. notam praec.

[13] D. Della Chiesa.

L

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 6 MARTII 1687.

Autogr. in *AME 427*, 19.

1. Annexam epistolam a P. Filippucci[14] accepi P. V. transmittendam. Inde occasionem arripui P. V. salutandae. D. Episcopus hodie tandem primam missam celebravit; debilis admodum est; et quod magis premit fastidiosa tussi gravatur[15]. Franciscus[16] adhuc non discessit. Cras spero siamensis navis solvet ipseque eam conscendet; eidem D. V. litteras tradidi. Volebat prius discedere cum alia navi quae 10 circiter abhinc diebus solvit; ast infortunium obfuit; nam post suarum mercium vectigalia soluta, cum postridie ad navim properaret, alii mandarini iam vectigalibus praeerant; unde iterum solvere coactus est, quod in causa fuit ut hucusque hic permanserit.

2. Coeterum nil habemus novi. Iucundum erit si cognoscam D. V., cui me tanta debere cognosco, ad meorum votorum mensuram valere et gaudere, simulque dilectissimos socios[17] prospero itinere usos in *Huquang* pervenisse[18] cognoscam. Valeat in Domino, in suis orationibus huius fidelissimi et studiosissimi servi non immemor; curabo enim semper me re ipsa experiatur D. V. A. R. Dnus Episcopus[19] plurimam ex animo salutem.

---

[14] P. Fr. Xav., minister ecclesiae SI Cantone.

[15] Episcopus iam mense nov. 1686 infirmus, v. supra ep. 20 nov. 1686, num. 2; ep. 24 nov. 1686, num. 1; *SF V*, 136, num. 5.

[16] Famulus, v. supra n. 3.

[17] DD. Cicé et Carpon.

[18] Solus D. Cicé missionem *Hukwang* petiit, sed tantum mense aprili, v. supra n. 11. *Wuchang* in metropolim prov. *Hukwang* 9 iunii 1687 pervenit, v. *AME 404*, 57-60.

[19] D. Della Chiesa.

LI

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 28 MARTII 1687.

Autogr. in *AME 426*, 715.

1. Expectabam D. V. responsa ad annexas litteras, quando ecce eaedem[20] in manus recidunt. Infortunium fuit quod, loco *Xaocheu*[21], *Xaoking*[22] transmissae fuerunt et inde huc ad me retromissae. *Mo nai ho*[23]. Veniant nunc et sufficiet.

2. Quid iis addam non habeo; solum desidero e D. V. scire quis e *Fokien* isthuc adventavit[24], quomodove se res illuc habeant. Quisquis sit, meo ei nomine plurimam salutem. Mei quaeso in suis orationibus ne obliviscatur, certus quod et ego D. V. non obliviscor unquam. Valeat in aeternum.

LII

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 14 APRILIS 1687.

Autogr. in *AME 426*, 737.

1. Mi dilectissime pater ne an frater. Pater ne dixi an frater, quare? Quia ut ad ordinem recipiatur, quod in me sit, nil deficit. Eius litteris sat credo. Probationes offert sufficientes; si animus non desit, nil erit quod desideretur. Quo magis eas desiderabam, eo gratiores P. V. litterae fuerunt. Hodie alias cum S. Oleis transmisi[1], in quibus, ut in his, nil est novi quod significare possim.

---

[20] Ep. praec., ut videtur.

[21] *Shaochow*, residentia Dni Quemener.

[22] *Chaoking-fu*, residentia OESA hisp.

[23] *Mei nao ho* = acquiescendum est, nullum adest remedium, nihil curandum.

[24] D. Io. Pin MEP, qui a. 1686 in *Fukien* perrexerat, nunc autem ad *Shaochow* revertebatur ubi tantum initio mensis maii pervenit, v. ep. P. Greslon in *AME 426*, 719, 741.

---

[1] Haec P. Basilii ep. deest.

2. Quam concinit antiquam cantilenam *tollamus crucem nostram* etc., auribus grata est; et si centies in dies repetatur semper nova erit, cum nunquam non necessaria futura sit. Oremus pro invicem ut lubenti eam animo Dei munere ferre possimus. Ego quotidie in sacro specialem mei dilectissimi Quemener memoriam facio et faciam; desideroque par mihi reddatur, quod e P. V. charitate mihi promittere licet, quam Deus incolumen servet maioremque in dies in Ecclesiae Sanctae horrea messem inferre largiatur.

3. Consociis patribus et dominis meis[2], praesertim Dno Pin[3] si advenit vel quum adveniet salutem plurimam. Isti patres[4] cum artis consocio Fr. Blasio[5] P. V. in Domino amplectuntur. Valeat *van van sui*[6].

LIII

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 13 MAII 1687.

Autogr. in *AME 426*, 747.

1. Haerebam animo magnaque in corde volutabam ut latronismi a me crimen averterem, quod coeterum amicissimus homo inussit. Ast opportune occurrit meretricularum mos quae, ne ab alia dici audiant quod a se perpetrari non erubescunt, se invicem praeveniunt clamantes: meretrix, meretrix! Intelligitne quid dicam? Latro, latro, latro, crimen diluat si potest et sufficit[7]!

2. R. Pater, iocor sine voluntate iocandi, gravi maestitia naturali pressus. Videat quod possit apud me vel sui memoria, quae e magno absinthii vase unam dulcedinis guttam elicere potest. Quid faceret praesentia? Quod faciemus in coelo, nunquam ut spero seiungendi! Utinam, o utinam! Si id desiderat pro me, apud Deum clamare ne cesset.

---

[2] DD. Carpon et Cicé.

[3] D. Io. Pin, qui mense maio *Shaochow* pervenit, v. ep. praec., n. 24.

[4] OFM hispani Cantone residentes: PP. Aug. a S. Paschali, Lucas Estevan et Bonav. Ibañez.

[5] Fr. Blasius García, OFM hisp., frater laicus, infirmorum curator, missionarius in Sinis a. 1672-99, biogr. in *SF III*, 110, n. 2. – Fr. Blasius una cum PP. Augustino et Ibañez Cantone in ecclesia S. Francisci morabatur.

[6] *Wan wan sui* = centum millia annorum, i. e. in aeternum vivat!

[7] Amicalis verborum lusus.

3. Coeterum *nan çu*[8]. Litteras patri de Ribera[9] traditas accepi, legi, relegi, quo diutius ex eis solatium capere possem. Deus reddat D. V. charitati. Nil novi occurrit scribendum. Speratur navis e Malaca; qua adveniente, statim ad D. V. perscribam quid novi afferat. Oremus pro invicem et Dominus salvabit nos, a quo votorum complementum precor. Valeat in aeternum. Patres omnes cum Fr. Blasio[10] salutem plurimam.

LIV

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 22 IUNII 1687.

Autogr. in *AME 426*, 755.

1. Quod P. V. scribere hoc tempore differat non miror; quam enim ex adventu mei dilectissimi D. Pin[11] laetitiam concepit, tantam reor ut huius pauperculi memoriam penitus obruerit. Insuper cum norit P. V. quam mihi pretiosae sint suae litterae, ne multitudine vilescant calamo parcit, nam *quod rarum carum.*

2. Quidquid sit, P. V. commoda tanti faciam quanti mea. Ideo et molestias lugebo ut meas, ut nunc accidit quando – referente P. Grillon[12] domus istius pericula[13] – maxima fui affectus moestitia. Deum rogo – quod nulla die praetermitto – P. V. adsit omniaque eius vota et hic et in futuro secundet, ab omnibusque malis semper liberet, eiusque ecclesiam novis quotidie progressibus augeat.

---

[8] *Nan shih* = res difficilis.

[9] P. Io. Nic. de Ribera, OESA hisp., minister ecclesiae de *Nanhsiung*, missionarius in Sinis a. 1680-1708, biogr. in *SF V*, 87, n. 119.

[10] PP. Aug. a S. Paschali, Lucas Estevan, Bonav. Ibañez et Fr. Blas. García, ut supra nn. 4-5.

[11] D. Io. Pin, mense maio 1687 ex *Fukien* in *Shaochow* regressus, v. supra ep. 28 martii 1687, n. 24.

[12] P. Adr. Greslon, SI gallus, minister ecclesiae de *Kanchow* (*Kiangsi*), gubernatoris Macaensis iussu a visitatore Sinarum, P. Ios. Tissanier, Macaum vocatus est et Cantonem 10 iunii 1687 advenit. Intercedente Dno Della Chiesa, Cantone mandata visitatoris expectare permissus est et circa finem iulii ad missionem suam in *Kanchow* reverti potuit, v. ep. P. Greslon 2 maii et 8 aug. 1687, *AME 426*, 741, 783; ep. P. Filippucci 23 oct. 1687, in *APF SR Congr. 4*, 722-23.

[13] Propter aquarum inundationem in *Shaochow*, *SF V*, 132.

3. Mi dilectissime semperque carissime pater, sum et ero ad cineres usque et ultra studiosissimus et addictissimus in Domino servus, qui Dnum Pin ex animo amplector plurimamque salutem dico.

LV

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 23 IUNII 1687.

Autogr. in *AME 426*, 767.

1. Quos ego? Existimabam me cum gallo rem habere, ast ut video non ita est, sed cum hispano. Quare hoc? Audivi in Italia fuisse hispanum quemdam qui eleemosinam petens, arrepto manibus mucrone vel sclopeto sic homines interpellabat: *eleemosinam facite huic pauperi aequiti, sin minus* ... Fuit quidam qui, contempto petentis ausu, dixit ei: *quid est hoc: sin minus ...? Quod si ego nolim tibi eleemosinam largiri, quid inde*? Bonus hispanus respondit: *sin minus ego sine eleemosina abibo.* Nonne idem est?

2. Quos ego; *dum motam iuvit componere mentem*[14]. Scribat ergo quidquid lubet, licetque utatur stylo ferreo, nil expavesco. Adventum dilectissimi D. Pin laetus expecto. Hi patres omnes et eidem et P. V. salutem reddunt. Prima data occasione cum P. Raimundo[15] loquar quod scribit. P. *Fang*[16] parumque aegrotat. P. Grellon quid hic agat ignoro, nisi quod propter Societatis negotia huc advenerit[17]; quando *parturiunt montes*[18], videbimus quid inde saliat. Naves e Manilla et una e Malacca de qua nil adhuc audivimus appulerunt Macaum.

---

[14] Virg., *1 Aen.*, 135: *Sed motos praestat componere fluctus.*

[15] P. Ios. Raym. Arxo, SI hisp., qui iam a duobus annis Cantone residebat et linguae studio incubuit; nullum vero sacrum exercuit ministerium, quia iuramentum nondum emiserat, v. ep. P. Filippucci 23 oct. 1687, in *APF SR Congr. 4*, 722-24.

[16] Nomen sinicum patris Fr. Xav. Filippucci SI.

[17] P. Greslon lusitanis erat suspectus propter adiutorium clericis gallis MEP datum, ideoque Cantonem petere iussus est, v. supra n. 12; *SF III*, 590; *SF IV*, 442; *SF V*, 197, 204-05.

[18] Horatius, *De arte poetica*, vers. 139: *Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.*

3. Heri datis litteris non habeo quod addam, nisi mille imprecationes homini latronissimo, furissimo, ut diu valeat, plurimos baptizet, amplam aedificet ecclesiam et pro materiali et pro formali, omniumque votorum ab Omnipotente compos fiat, Amen. Gratias agit D. Episcopus[19] de S. Oleis etc. in *Huquang* transmissis. Cum P. Raimundo loquutus sum, dixitque se P. V. rescripsisse et mirari quod litterae non pervenerint; candidus videtur nec de eo quid sinistri suspicari possum.

LVI

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 25 IUNII 1687.

Autogr. in *AME 426*, 771 et 774.

1. Hodie venit ad nos P. Grillon[20] laetis nunciis onustus quae venerunt cum navi Malacensi: quod rex Galliae[21] convertit mille et quingenta millia haereticorum unius anni spacio; praedicantes qui noluerunt converti in exilium misit, [ecclesias] solo aequavit[22]. Benedictus Deus!; quod patres Societatis qui anno elapso desiderabantur, in Siamum reversi sunt, nulla re deperdita et integra navi[23].

2. Novus visitator Societatis pervenit Macaum[24]. Ibi visae sunt duae naves siamenses; an appulerint nescio. Coetera prout audiam significabo. Haec quia digna relatu praeterire nolui. Vale in aeternum, mi dilectissime pater.

---

[19] D. Della Chiesa.

[20] P. Adr. Greslon, SI gallus, minister ecclesiae de *Kanchow*, tunc Cantone mandata sui visitatoris expectans, v. supra, nn. 12 et 17.

[21] Ludovicus XIV.

[22] Actio regis contra calvinistas, quorum multi, ne bona amitterent, conversi sunt, v. Pastor, *Storia dei papi*, XIV-2, 242-43.

[23] PP. Fontaney, Bouvet, Gerbillon et Visdelou, SI galli tunc Siami degentes, qui post primum tentamen Sinas petendi a. 1686, coacti fuerunt in Siamum reverti, v. *SF III*, 609, num. 10 et n. 2.

[24] P. Simon Martins, SI lusitanus, a. 1686 Sinarum visitator electus est, sed in itinere Goa ad Macaum ab hollandensibus captus, solum mense iunio 1687 Macaum appulit, v. *SF V*, 138, n. 24.

3. [*P. S.*] Nova quae post scriptum rescivi.

i. e. nova politica ex Europa transmissa.

4. Coetera a P. Grillon[25] audiet. Gratum faciet si aliqua se offerat occasio annexas in *Nanhiung*[26] transmittendi.

LVII

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 11 IULII 1687.

Autogr. in *AME 426*, 775.

1. Alias scripseram addendo nova quae datis postremis supervenerunt, cum ecce pulverem scripto superaddere volens, pulveris loco atramentum superinfudi. P. V. non erit tanti quae nova se per me scribi non permittunt; oretenus omnia a P. Grillon[1] audiet, praesertim adventuri in Siamum D. Pallu[2], res moscoviticas, gesta a P. Ferdinando[3] in fidei et missionis favorem[4]. Exemplar hic transmitto. Rem gestam a P. Grillon audiet qui deleta rescribendi onere levavit.

2. Ideo coeteris liber, solum cum notarii apostolici authoritate testor, affirmo, confirmo et omnibus notum facio, scire volentibus et

---

[25] P. Greslon, in missionem suam reversurus, qui per *Shaochow* transire debuit, v. supra n. 12.

[26] *Nanhsiung-chow*, residentia P. Io. Nicolai de Ribera OESA hisp.

---

[1] P. Adr. Greslon, minister ecclesiae SI in *Kanchow* (*Kiangsi*), tunc ex Cantone in suam missionem reversurus, v. ep. praec., n. 25.

[2] D. Stephanus Pallu, nepos Illmi D. Francisci Pallu, MEP gallus, qui a. 1686 in Siamum appulit et iam a. 1687 obiit, v. Launay, *Hist. gén.*, I, 412; id., *Mémorial*, II, 485.

[3] P. Ferd. Verbiest, SI belga, missionarius in Sinis a. 1659-88, Pekini praeses tribunalis matheseos.

[4] P. Verbiest ab imperatore obtinuit ut catholica religio non amplius inter sectas falsas et seditiosas numeraretur; multum etiam contulit ad civ. Macaonensem ab imminenti ruina salvandam, ad legationem russicam D. Nicephori Venyoukov adiuvandam, atque ad impediendum stabilem sedem hollandensium in Sinis, v. *SF V*, 125, 130-31, 139; Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 528, 535-37; Vixseboxse, *Een hollandsch gezantschap naar China*, 111-14.

nolentibus, praesentibus et absentibus, me fuisse, esse, fore mei Quemener. Dno Pin[5] *cien vuan pay xang*[6]. D. Episcopus[7] ambobus salutem perpetuam.

LVIII

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 17 AUGUSTI 1687.

Autogr. in *AME 426*, 789-90.

1. Gratissimas D. V. litteras a D. Carpon die 29 iulii accepi[8]. Postea non se obtulit occasio scribendi. Nunc referam quae post alias datas audivi.

2. Nova politica ex Europa.

3. Hic sumus aliquantum suspensi. Duae naves anglicae Lampacaum[9] apullisse dicuntur, de iniuriis in *Emoy*[10] acceptis ultionem sumpturae. Iam dicunt captas 5 chinenses naves et unam lusitanam: cuius dux, cum se argentum habere negaret, eo invento in mari praecipitatus fuit, caeteri dimissi. Item dicitur eos venisse ad quandam villam spectantem ad *Hiangxan-hien*[11] eamque depopulatos esse. Auditum etiam est, ast nescio quo fundamento, alias esse naves in Siamensi portu, acceptas item iniuriam ulturas. Hoc reputo lusitanorum dictum, nullo modo verisimile, cum iam iterum ibi facturiam stabilierint. Quidquid sit, nulla hactenus Siamensis navis comparuit, et timemus ne venientes a piratis damnum patiantur, et illae et nos.

---

[5] D. Io. Pin, a mense maio 1687 denuo socius Dni Quemener in *Shaochow*.

[6] *Ch'ien-wan pai-shang* = 10 millia millium salutationes.

[7] D. Della Chiesa.

[8] D. Ivo Le Hir du Brand-Carpon, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1686-91, qui in *Shaochow* linguam sinicam addiscerat et 29 iulii 1687 Cantonem pervenit ibique primam domum MEP in hac civ. fundavit, v. ep. P. Filippucci 23 oct. 1687, in *APF SR Congr. 4*, 723-24; *SF III*, 627-29; *SF V*, 136, num. 6.

[9] Lampacao seu *Liang-pai-ao*, parva insula prope Cantonem, ditionis *Hsiangshan-hsien*.

[10] *Amoy* seu *Hsiamen* in prov. *Fukien*.

[11] *Hsiangshan-hsien*.

4. Roma epistolam accepit D. Argolicensis[12] omnibus rebus sinensibus priorem. Patres Societatis dicunt Romae contra eos procuratorem fuisse Dnum Pallu[13] Sacramque C. primo statuisse ne Societas cuiquam religionis habitum tribueret, quod Summus Pontifex non admisit; statuit ut in Italia tantum suum decretum exequutioni mandaretur, cui item Smus P. non subscripsit. Tandem in id ventum est ut sicut et coeterae religiones, nonnisi petita et obtenta facultate, ad religionem quemquam admittant, nonnullaque alia rigidiora decreta in ordine ad hanc missionem promulgata[14]. Quando naves advenerint omnia sciemus. Utinam ad missionis stabilimentum et maiorem Dei gloriam conducant.

5. Coeterum hic, Deo dante, valemus ad servitium nostri D. Quemener. D. Carpon item bene se habet et omnes cum illo, dempta quadam differentia quae insurrexit, dum tentaret hic novae ecclesiae aperiendae fundamentum iacere[15]. Hoc non praeiudicavit charitati quae inter omnes et singulos, Deo gratiae, viget et aeternum vigebit, dum quisque pro suo captu Dei gloriae vacat. Utinam eam in dies magis magisque promovere possimus. Meo D. Pin[16] salutem plurimam et meo D. Quemener maximam, et utroque et plurimam et maximam et hic et in perpetuum, amen.

---

[12] S. C. ep. ad D. Della Chiesa 30 iulii 1685, textus in *APF Lett. SC 74*, 58-61. Episcopus hanc ep. Cantone 20 iulii 1687 accepit; fuit prima S. C. epistola quae ad eius manus pervenit, v. *SF III*, 617; *SF V*, 132, 134.

[13] D. Stephanus Pallu, v. supra n. 2. D. Pallu Romae fuit procurator MEP a. 1674-1677. Actio contra patres Soc. Iesu potius ducta videtur ab eius successore D. Carolo Sévin, Romae a. 1672-84 munere procuratoris vicariorum ap. fungente, v. Launay, *Mémorial*, II, 485, 580-81.

[14] P. Basilius hic optimum dat summarium decretorum quae data fuerunt in S. C. congr. partic. 24 ian., 1 febr., 22 aug. et 9 oct. 1684 atque in illa 9 iulii 1685. Innocentius Papa XI rigidiora decreta revera confirmare noluit, v. textus decretorum in *APF SO CP 1677-88*.

[15] Omnes regulares ac ipse D. Della Chiesa huic novae fundationi adversabantur, v. *SF III*, 627-29; *SF V*, 132-33, 136-38.

[16] D. Io. Pin MEP, tunc missionarius in *Shaochow* una cum Dno Quemener.

LIX

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 2 SEPTEMBRIS 1687.

Autogr. in *AME 426*, 797.

1. Post plura nova vere disparata, prius domum nostram venit dux navis siamensis quam huiusmodi navem adventasse – et tamen erat in flumine – sciremus. Omni diligentia litteras procuravimus; et cum multas imo plurimas esse dux navis assereret, ut tandem eas attulit, pro nobis solas D. Constantii[17] litteras invenimus, remissi de coetero ad P. Fontaney[18] quem in *Ningpo*, *Chekiang* provinciae portum, iter direxisse scribunt[19].

2. Sint Deo gratiae qui nos sic suspensos detinens, nos propinquiores coelo desiderat. Expectabimus a D. V. si quae sint digna et necessaria seu convenientia quae sciantur. Valeat in Domino una cum meo dilectissimo D. Pin, quorum amborum orationibus me plurimum commendo.

LX

EPISTOLA AD D. ANDREAM BROLLO[1], CANTONE 4 SEPTEMBRIS 1687.

Mss. non servatur. Edita est in *Giard. seraf.*, I, 124; et a Tinti, *Vita e missioni*, 103-04. Excerptum apud Della Stua, *Memorie*, 44-45.

1. Sto molto desideroso sapere il stato di V. S. M. R., qual voglio supporre conforme a' miei desideri. Io, grazie al Signore, in questi ultimi confini del mondo me la passo con buona salute. Sin'adesso ho atteso ad apprender lingua; qual mi sarebbe quasi sufficiente per

---

[17] D. Constantinus Phaulkon, v. *SF III*, 756, n. 7.

[18] P. Io. de Fontaney, SI gallus, superior primae missionis SI gallorum in Sinis, missionarius in hoc imperio a. 1687-1703, biogr. in *SF III*, 735, n. 4.

[19] PP. Fontaney, Bouvet, Gerbillon, Le Comte et Visdelou *Ningpo* in prov. *Chekiang* iam 23 iulii 1687 appulerunt, v. *SF V*, 135.

---

[1] Presbyter saecularis, patruus P. Basilii, v. supra ep. 16 martii 1685, n. 6.

ministrare li sacramenti, se quì si parlasse sol d'una lingua[2]. Da quì avanti attenderò un poco più al studio di questi caratteri; quali per apprendere intieramente, non basta la vita intiera d'un huomo. Il necessario però, che sono cinque in sei mille, col aiuto del Signore non difido d'arrivarlo.

2. Sin'ad hora non son stato in tutto inutile. In questi due anni che vivo in China, m'ha graziato il Signore conferir il S. Battesimo a sopra 300 infedeli. Quest'anno[3] sono stato 6 mesi peregrinando in compagnia di Mgr Vescovo d'Argoli, nostro religioso vicario apostolico, et ho veduto parte delle due provincie contigue *Kiangsi* e *Fokien*[4]. Per poter eseguir le mie obligazioni con frutto dell'anime, ho molto bisogno dell'orazioni aliene, fra quali e spero e prego le sue. È la China un mondo in epilogo: genti senza fine, terre senza termine, superstizioni senza numero; cristianità pocchissima *comparative* al numero innumerabile quasi degl'abitanti. Preghi Dio per me; io mai mi scordo nelle mie deboli orazioni di sua persona, a cui tanto devo. N. Signore gl'assista con sue benedizioni.

LXI

EPISTOLA AD P. FRANCISCUM A S. AGNETE[5], CANTONE 27 SEPTEMBRIS 1687.

Autogr. in *AP 11-2.*

1. Solum quod P. V. A. R. communi pastori et patri debet obsequium me ad has lineas scribendas permovit, quibus me P. V. qualem debeo offero. Huc fui ex Italia a S. C. missionarius destinatus, a Deique benignitate dignatus ut nostris hic fratribus[6] qui tam fructuose laborent sociarer, in eorum meritis aliquam partem habiturus. Illmo meo

---

[2] Agitur de variis unius linguae sinensis dialectis.

[3] Legendum est: anno praeterito.

[4] Agitur de secunda visitatione Dni Della Chiesa, in qua P. Basilius episcopum comitatus est; Cantone 20 apr. 1686 profecti sunt ibique 20 oct. 1686 regressi sunt, v. *SF V*, 121, n. 3; 125, num. 7.

[5] Minister provinc. prov. S. Gregorii M. in Philippinis a. 1687-90.

[6] OFM hispani, filii huius prov. S. Greg. M.

Dno episc. Argolicensi, vicario ap. in *Chekiang* etc.[7] deservio, quod – credo – P. V. non ignorabit.

2. Qualis qualis sum, me P. V. obsequentissimum offero et patrem recognosco, rogans me in suorum filiorum numerum accipere dignetur et suarum orationum participem facere, per quas a Dei misericordia impetrem ut digne meo ministerio ad maiorem eius S. Nominis gloriam fungi valeam. Eumdem precor fortunet P. V. A. R. eique in suae provinciae gubernio assistat ut ditiores in dies suorum laborum coronas sibi exornet in caelis. Valeat in Domino.

LXII

EPISTOLA AD D. LUD. QUEMENER[8], CANTONE 27 SEPTEMBRIS 1687.

Autogr. in *AME 426*, 823.

1. Quoniam hoc modicum temporis vacat, illud in bis mille aut etiam ter mille annorum valere meo dilectissimo Dno Quemener et Pin[9] precando insumere volui. Litteras accepimus, brevis authenticum pervenit, datum [11] mensis octobris 1685[10].

2. Desiderarem a DD. VV. scire quis in canone memorandus in his quinque provinciis[11]? Dnus scil. Basilitanus an Argolicensis[12]? Fundamenta relinquo quae DD. VV. non possunt non esse nota. Solum ergo ambos[13] ter mille annis et postea aeternum valere precatus, me eorum orationibus commendo.

---

[7] D. Della Chiesa, vic. ap. de *Chekiang*, *Kweichow*, *Hukwang* et *Szechwan* brevi 11 oct. 1685 renuntiatus, qui hoc mense sept. 1687 reapse hoc breve recepit, v. *SF V*, 134; *SF III*, 617.

[8] MEP gallus, minister ecclesiae in *Shaochow*.

[9] D. Io. Pin. MEP, eius socius.

[10] Breve *Cum nos alias* 11 oct. 1685, textus in *SF V*, XLV, n. 28, v. supra n. 7.

[11] I. e. in quinque provinciis antiqui vicariatus *Fukiensis*, nondum de proprio vicario ap. provisis, quae vacante sede ab administratione Dni Della Chiesa dependebant: nempe *Fukien*, *Kiangsi*, *Kwangtung*, *Kwangsi* et *Yünnan*.

[12] DD. López et Della Chiesa. D. Maigrot enim iam a. 1685 admiserat Dnum López uti legitimum vicariatus *Fukiensis* administratorem; D. López autem omnes suas facultates *ad cautelam* Dno Della Chiesa denuo delegaverat, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 16.

[13] DD. Quemener et Pin.

LXIII

EPISTOLA AD D. VALERIUM BROLLO[1], CANTONE 1 OCTOBRIS 1687.

Mss. non servatur. Edita est in *Giard. seraf.*, I, 125-26.

1. Uguali a' desideri sono l'allegrezze che uno riceve dal conseguir ciò che desidera. Da ciò potrà comprender quanto mi sia riuscita cara la sua delli 4 gennaro 1685, capitatami alla fine di settembre 1687, che si fece sospirar quattr'anni e più, che è dopo un'altra che di lei mi capitò in Siam. Grazie infinite ne siano al Signore. Godo in sommo del buon stato di V. S. e di tutta la casa. Iddio lo conservi per molti anni con copia di benedizioni di sua S. Grazia, ch'è l'unico tesoro che può in questa e nell'altra vita arricchirci, e di che quotidianamente lo supplico.

2. Dei miei fratelli[2] sperava che uno fosse per supplire il mio luogo in mia religione; se Iddio li destina per altro camino, sia fatta sua S. Volontà; non s'appartino dai camini del Cielo, e basta perchè sia consolato. A V. S., a' miei fratelli et al sig. zio[3] ho scritto annualmente, non v'essendo occasione che una volta all'anno; e spero ch'a quest'ora già saprà il mio arrivo in China, successo l'anno 1684 al fine d'agosto[4]. Doppo son stato sano e sono, grazie al Signore, ritrovandomi abitualmente moltissimo migliorato da quel che ero in Europa. La rottura mi s'è sanata nel camino; ma quì in China, perchè non mi manchi qualche memoria del benefizio del Signore, dall'altra parte mi son rotto, cosa però che non mi dà fastidio.

3. Quì m'ha graziato il Signore di battezar 300 infedeli[5]. Ho visto tre provinzie: *Kuangtung*, *Kiangsi* e *Fokien*, che sono tre vastissimi regni di questo grande imperio. Da quì a poco partirò, piacendo al Signore, col sig. vescovo d'Argoli, – a cui assisto inseparabile e che

---

[1] Pater P. Basilii.

[2] Fratres P. Basilii, v. supra ep. 16 martii 1685, n. 7.

[3] Sacerdos D. Andreas Brollo, patruus P. Basilii.

[4] D. Della Chiesa cum sociis PP. Basilio et Nicolai Cantonem 27 aug. 1684 pervenerunt.

[5] V. etiam ep. 4 sept. 1687, num. 2.

pur la saluta – alle provinzie di suo vicariato nuovamente assignateli, che sono *Huquang* e *Chekiang*[6]; dove spero aver occasione d'esser molto più fruttuoso[7], con tutto che il bene, fin ad'ora successo per la nostra venuta, ben merita tutti i travagli di sì lungo camino, per cui sortire non ricusarei molto maggiori. Di tutto ciò ne sian grazie al Signore.

4. Il sig. zio, a cui faccio questa commune per non far mazzo grande, mi sta a cuore conforme a' meriti che ha meco. Prego il Signore li dia pacienza in questi ultimi anni, che già penso siano quelli de' quali sta scritto: *et amplius eorum labor et dolor*[8]. Gradisco in sommo la memoria che appresso il Signore di me conserva; quant'a me, gli son figlio, e tanto basta perchè non manchi a' miei doveri. Perchè conservi memoria di China, gli mando quì un libretto, dove sono l'orazioni communi tradotte[9]. La traduzione però manderò per altra via; che ora non m'è possibile, stando il messo per partire. Prego il Signore gli assista, la conservi, la benedica e ci faccia grazia ad ambi di vederci un dì nel cielo. A Dio.

LXIV

EPISTOLA AD D. ANDREAM BROLLO[10], CANTONE 1 OCTOBRIS 1687.

Mss. non asservatur. Edita est in *Giard. seraf.*, I, 126-27. Excerptum apud Della Stua, *Memorie*, 46-48.

1. Ricevo una sua delli 2 gennaro 1685, qual m'è stata di grandissima consolazione, uguale a' desideri che ne teniva. Ringrazio il Signore che l'ha fatto padre di molti figli. Sappia però che con ciò ha un carico molto grande, che è un obligazione speziale di render conto di loro

[6] V. ep. praec., n. 15. Quattuor prov. ad vicariatum Dni Della Chiesa pertinebant; in illis de *Kweichow* et *Szechwan* autem non aderant nec missionarii nec christiani.

[7] D. Della Chiesa et P. Basilius Cantone 22 nov. 1687 abierunt, v. supra ep. Della Chiesa 18 nov. 1687, n. 11.

[8] Ps. 89, 10.

[9] Verisimiliter excerpta ex *Sheng-chiao jih-k'o* a P. Nic. Longobardo SI, vel ex *Tsung-tu nien-ching* a P. Rodr. de Figueredo SI composito, v. Pfister, *Notices*, 64 et 160.

[10] Frater P. Basilii, v. supra ep. 16 martii 1685, n. 7.

al divino tribunale. Li faccia pure buoni e santi, il che è facile a chi comincia negl'anni teneri a indrizzarli al divin servizio; che nel resto più che ne averà, sarà più consolato e non avrà che sospirare per causa loro. Prego il Signore li dia sua santa benedizione e li conservi perpetua quella grazia che nel battesimo riceverono. Una grazia li dimando: che sinchè sono innocenti, ogni giorno li faccia far qualche special divozione per me, affin che Dio per sua pietà mi conceda quel spirito che m'è necessario per servirlo come devo; che nel resto non ho da desiderare di vantaggio in questo mondo. O quanto sarei contento che Dio gli concedesse un figlio, che supplisse il mio luogo in mia religione e provinzia! Questo pure voglio sperarlo; che Dio è omnipotente. Faccia lei la parte sua in ben instruirli; il resto lasciamolo a Dio.

2. Aggradisco le nuove che mi dà; e mi sarà molto grato, se annualmente gittarà due fogli con una duplicata per avisarmi del stato suo e di nostra casa. Le lettere bisogna scriverle, di modo che per decembre possano esser in Roma, dove il nostro p. procuratore delle missioni[11] avrà l'incombenza di mandarle per due vie. Io, grazie al Signore, me la passo con salute, molto migliore che non godevo costì. Scrissi della mia entrata in China l'anno 1684 d'agosto[12]. Quì ho battezzati 300 in circa[13] et appreso quanto basta per ora la lingua. Or attendo a' libri sinici, studiando lor caratteri, numerosi di molte decine di migliaia.

3. Vesto alla chinese come tutti gli altri missionari, con un par di calze capaci di due gambe, et uno di calzoni capaci di un gran sacco di noci, con le scarpe di tela negra e le suole di tela bianca; e per salire di casa come per ricevere o far visite, bisogna calzarsi i stivali pur di tela negra, con le suole un dito grosse di tela bianca. Il bireto o capello è propiissimo da zane[14], fatto di paglia fina in questa figura △; è coperto di peli rossi o di seda rossa. Nel resto il modo sinico è un contraditorio d'Europa, Vol più? Che la bellezza delle donne consiste, non nella faccia ma ne' piedi: chi li ha più piccioli, quella è la più bella;

---

[11] Procurator missionum OFM Reform., Romae in conventu S. Petri in Monte aureo morans.

[12] P. Basilius Cantone 27 aug. 1684 appulit, v. supra ep. 27 nov. 1684, num. 2.

[13] V. ep. praec., num. 3.

[14] Zana = sporta, canistrum (gall. *panier*).

et usano arte singolare di stringerli fortemente quando sono picciole, di modo che non li lasciano crescere; dal che viene che tali femine non ponno caminare che pocchi passi per casa[15].

4. Nel resto è bisogno di non poca violenza per assuefarsi a' modi sinici; il che a chi sua vita l'ha offerta a Dio è poco, tanto più che da ciò ne risulta copiosa messe d'anime che si riducono dall'infedeltà. Faccia Dio ch'io ancora quì non sia inutile. Mi raccomandi al Signore giuntamente con tutti di casa, e Dio gli benedica.

LXV

EPISTOLA AD LUD. QUEMENER[16], CANTONE 20 OCTOBRIS 1687.

Autogr. in *AME 426*, 817.

Pluribus distentus negotiis, vix scribere vacat. Recepi quam ad me dedit epistolam; nunc ubi sit ignoro. Si quid est quod responso indigeat oretenus post mensem circumcirca dabo[17]. Interim valeat et iterum valeat, me Deo commendet, sum enim et ero. Dno Pin[18] *to pay xang*[19].

---

15 Quoad usum colligandi mulierum pedes in Sinis, v. Margiotti, *Il cattolicismo nello Shansi*, 353, n. 98.

16 MEP gallus, minister ecclesiae de *Shaochow*.

17 Quando in comitatu Dni Della Chiesa in *Shaochow* perveniet, verisimiliter circa finem mensis novembris, v. supra n. 7.

18 D. Io. Pin MEP, socius Dni Quemener in *Shaochow*.

19 *To pai shang* = multae salutationes.

LXVI

EPISTOLA AD ILLMUM OD. CIBO[1], CANTONE 23 OCTOBRIS 1687.

Autogr. in *APF SR Congr. 4*, 717-18.

1. Dopo d'altre mie, scritte a genaro e febraro passato[2], son stato sempre quì in *Quangtung*, servendo all'Illmo Mgr Argolicense. Il qual tempo, mancandomi altro impiego, l'ho applicato al studio de' caratteri e libri sinici; de' quali con l'agiuto del Signore ho due e mezzo – che sono il *ta hio*[3], il *chung yung*[4], et il *Meng çu*[5] – tradotti in latino[6]. Questo studio lo vedo molto necessario, per l'intelligenza delle controversie di queste missioni et riti sinici; per il che non stimo questo tempo mal impiegato, mentre non m'è permesso applicarmi ad essercitii immediatamente più fruttuosi; il che rimetto alla volontà del Signore, a cui devo servire a suo, non a mio gusto.

2. Le cose sin ad hora sono passate in pace, senza novità, con molto frutto dell'anime. Non so poi ciò che seguirà, venendo M. Maigrot al possesso di queste provincie[7], nelle quali sono quasi tutti quelli che amministrano senza giuramento. Idio benedetto, che palpabilmente governa queste missioni con sua special assistenza, provederà che non nascano disordini sin all'ultime determinationi, che stamo attendendo da cotesta S. C.

---

[1] S. C. secretarius a. 1680-95.

[2] Hae ep. desunt; solum adsunt ep. 24 nov. et 13 dec. 1686 eidem Dno Cibo datae.

[3] *Ta-hsüeh* = magna doctrina, secundus ex 4 libris classicis, v. Couling, *The encycl. sinica*, 217-18.

[4] *Chung-yung* = media aequabilitas, via media, tertius ex libris classicis Sinarum, v. Couling, cit., 144; Cordier, *Bibl. Sin.*, II, 1363-415.

[5] *Meng-tzu*, i. e. liber Mencii, quartus inter quattuor libros classicos Sinarum, v. Couling, cit., 348.

[6] Hae versiones a P. Basilio factae deperditae videntur.

[7] D. Car. Maigrot, iam provicarius prov. *Fukien*, *Kiangsi*, *Hukwang* et *Chekiang* a Dno Pallu 23 iulii 1684 electus. P. Basilius timebat quod, post discessum Dni Della Chiesa ad suum vicariatum, D. Maigrot suam iurisdictionem ad prov. *Kwangtung* extenderet, in qua multi aderant missionarii hispani OFM et OESA qui iuramentum non emiserant.

3. In questo mentre sto di partenza con l'Illmo Sig. Argolicense a' luoghi di suo vicariato *Chekiang* e *Hukuang*: che sono le due provincie – tra le 4 assegnateli[8] – che tengono christianità, e sin ad hora soli hebbero due ministri gesuiti et un domenicano[9]. Questo hora si dice partirà per Manilla, chiamato da' suoi superiori al capitolo o congregatione. Et un gesuita entra in *Huquang*[10], se gli sarà permesso da' timori, che hor hora sono insorti per l'arrivo in *Ningpo* (porto di *Chekiang*) di 5 missionarii gesuiti francesi[11], de' quali mal sente già un anno fa l'istessa Compagnia.

4. Questi arrivarono al fine di luglio passato[12], non so se a caso o di proposito. Si publicarono a' magistrati che venivano per habitar nella China sino alla morte, se gli fusse permesso. Fu scoperto et registrato tutto ciò che seco conducevano: che sono molti instromenti mathematici, una cassa di libri pur di mathematica et cinque altre di nostra santa religione. Di tutto ciò il vice-re della provincia[13] ha dato aviso all'imperatore, adimandando ciò che deve fare, et instando dia ordine a' commandanti d'arme che con ogni vigilanza guardino l'entrate, acciò non succeda che simil gente in l'avenire entri nel regno[14]. Il dispaccio s'aspetta al tribunal de' riti, che è molto nemico della religione; onde ragionevolmente si dubita di qualche torbido.

5. Il P. Verbiest[15] dalla corte scrive che Mgr d'Argoli e suoi religiosi – che quatro stavano per entrare[16] – non si muovano di *Quangtung*, sino a veder le risolutioni del tribunale. Detti padri già sono

---

[8] Prov. *Chekiang*, *Hukwang*, *Kweichow* et *Szechwan* Dno Della Chiesa 11 oct. 1685 assignatae, v. supra ep. 27 sept. 1687, n. 12 et 15.

[9] In *Hukwang* aderat P. Iac. Motel SI; in *Chekiang* P. Prosp. Intorcetta SI et P. Petrus de Alcalá.

[10] P. Ios. Raym. Arxo, SI hisp., v. *SF V*, 139, n. 32; 158, n. 5.

[11] P. Fontaney et socii, v. supra ep. 2 sept. 1687, n. 19.

[12] *Ningpo* 23 vel 24 iulii 1687 appulerunt, v. *SF V*, 135, n. 7.

[13] *Chin Hung*, prorex prov. *Chekiang*.

[14] Memoriale proregis in curiam Pekin. 13 sept. 1687 pervenit, v. Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 538, 542; Hwang, *Cheng-chiao fêng-pao*, II, 90-91.

[15] P. Ferd. Verbiest, SI belga, Pekini imperatori inserviens, praeses tribunalis matheseos.

[16] PP. Io. Ant. de Arnedo et Ios. Raym. Arxo, SI hispani; P. Fr. Noel, SI belga et P. Did. Iac. Vidal, SI lusitanus, v. *SF V*, 139, num. 7; et supra ep. Della Chiesa 5 oct. 1687, nn. 13-16.

partiti. Mgr che, aspettando le lettere d'Europa che vengono per *Fokien* et *Chekiang*, stava disposto alla partenza per le provincie di suo vicariato, non ancor può risolversi; non sapendo se sia maggior pericolo il trattenersi quì, porto di mare, o ritirarsi più adentro[17]. Dio c'illumini et aggiuti. Che se l'imperatore, per l'affetto che tiene a' padri non resiste, già sovrasta alcuna borasca; molto più per le presenti contingenze, molto averse a' stranieri: essendo capitato in *Hiamuen*[18] una nave corsara d'inglesi che haveva rubbati diversi bastimenti di China; quali tutti sono stati presi, e si pensa saranno decollati. Et essendovi di più un grosso essercito di Moscoviti alle frontiere di Peking, che danno molto da pensare a genti sì pusillanimi e sospettose come sono il Chini.

6. Ciò che si teme è: 1° si serrino li porti, sì che non si possano introdurre nuovi ministri; 2° si faccia inquisitione degl'entrati dopo la persecutione di *Jang Kuang-sien*[19]; dal che spero nella divina bontà ci liberarà, essendo questo colpo troppo fatale a questi poveri neofiti. E mi muovo a sperarlo, con maggior confidenza, da ciò che successe pochi mesi fa: havendo il P. Ferdinando[20] ottenuto dall'imperatore – contro replicate sentenze del tribunal de riti – che la S. Legge di Christo si cancellasse dal numero delle false sette, tra le quali era annoverata ne' publici libri impressi da' supremi commandanti d'alcune provincie[21], cosa che senza special gratia del Signore non ci potevamo promettere. Onde dovemo sperare che non abbandonarà i suoi in tanta necessità.

7. M'ha l'Illmo Mgr vescovo d'Argoli communicata una lettera della S. C.[22], risposta alle nostre scritte da Siam[23], qual m'ha molto consolato. Nè posso restar d'aggradire il paterno affetto che ci mostra, se non con altro, almeno col protestargli, sin all'ultimo respiro, e cuore

---

[17] D. Della Chiesa et P. Basilius Cantone 22 nov. 1687 profecti sunt, v. supra ep. Della Chiesa 18 nov. 1687, n. 11.

[18] *Amoy* seu *Hsiamen*, in prov. *Fukien*.

[19] *Yang Kwang-hsien*, astronomus maometanus, persecutionem excitaverat quae a. 1664-71 perduravit, v. Hummel, *Eminent Chinese*, II, 889-92.

[20] Verbiest SI.

[21] Libellus supplex imperatori die 3 maii 1687 oblatus est, textus apud Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 535-36; v. supra ep. 11 iulii 1687, n. 4.

[22] S. C. ep. 30 iulii 1685, textus in *APF Lett. SC 74*, 58-61.

[23] Dni Della Chiesa ep. Siami 10 oct. 1683 data, v. *SF V*, 132, n. 6.

et affetto e riverenza e sommissione di figlio ossequioso e rasegnato ad ogni suo cenno. Circa le notitie che ivi accenna, è passato il tempo che si possano avverare. Ho con detto Mgr communicato quanto in questo proposito poteva, e lui ne darà parte. Sin ad hora non ho occasione quest'anno, gratie al Signore, di scriver lamenti nè altre novità di rimarco; ciò che v'è, lo scriverà Mgr d'Argoli.

8. Il mio compagno P. Gio. Francesco di Lionessa[24] si ritrova in *Xantung* con l'Illmo Mgr Basilitano[25], a cui serve di provicario, di secretario e di tutto. È huomo fatto per la China; e la buona occasione di servir detto Mgr e scorrer terre, con continui impieghi in bene della missione, l'han fatto perfetto ministro; e Dio gl'ha data sua santa benedittione, che di sua mano ha battezzati in due anni sopra tre mille infedeli.

9. Già che per mie colpe non merito veder simili progressi in me stesso, devo per lo meno rallegrarmi vederli negl'altri; e ne do gratie al Signore, da cui prego a V. S. Illma cumuli di felicità. E mi confermo.

LXVII

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM[1], CANTONE 28 OCTOBRIS 1687.

Autogr. in *ASM.* Excerpta edita sunt in *Giard. seraf.*, I, 131.

1. Per via di Manila e Spagna ho risposto[2] alla gratissima di V. P. M. R. de' 10 genaro 1685, capitatami un mese fa. Molti motivi m'ha dato di consolatione; tra' quali il primo è l'esser lettera sua, cioè di padre a cui tanto devo per l'insegnanza, che con tanta charità da lei

[24] P. Io. Franc. Nicolai, socius et provicarius Dni López.

[25] DD. Greg. López et P. Nicolai revera a. 1687 prov. *Shantung* visitaverunt. Nankino exeunte mense maio profecti sunt et mense octobri Nankinum reversi sunt. D. López hac occasione etiam prov. et curiam Pekin. adire voluit, sed dissuadentibus PP. Iesuitis, inceptum omisit, v. ep. P. Filippucci 23 oct. 1687, in *APF SR Congr. 4*, 724-26; ep. D. López 3 oct. 1688, ib. *SR Congr. 5*, 195-200.

[1] Haec ep. data est P. Eugenio de Baxano, qui 9 sept. 1686 iam obierat. Novus minister provincialis prov. S. Antonii Venetiis fuit P. Maximus Tommasi de Valle Camonica, v. infra n. 14.

[2] Haec ep. deperdita videtur.

ho ricevuto; et il sapere il suo stato di salute e la promotione a quel grado, che molt'anni fa a' suoi meriti si doveva.

2. Sia lodato il Signore, per la di cui gratia son vivo ancor io, et con salute migliore che mai potesse promettermi costì. Arrivai in China col nostro Mgr d'Argoli et il P. Gio. Francesco di Leonessa l'agosto di 1684[3], come con diverse mie altre volte significai. Detto padre mio compagno è toccato per divina dispositione per assistente, provicario etc. all'Illmo Sig. vescovo López, china domenicano, quì in questa chiesa consecrato[4]; con cui scorrendo continuamente le christianità delle provincie settentrionali, in due anni ha battezzati 3 mille infedeli. Io assisto e servo al nostro Mgr, con poca commodità d'oprare nel ministerio. Ho con lui l'anno passato scorse le provincie di *Kiangsi* et *Fokien*[5], nella qual occasione et nel tempo antecedente et consequente, m'ha il Signore fatta gratia di battezzarne sopra 300.

3. Hora semo di partenza al suo vicariato[6], che sono le provincie di *Hukuang*, *Chekiang*, che tengono christianità, et due altre che non ce n'hanno[7]. Se non nasce algun torbido, spero haverò occasione di più travagliare. Con tutto, hora stamo temendo per esser stati denunciati all'imperatore cinque pp. gesuiti francesi, che al luglio passato vennero per entrarvi[8]; et esser questa causa che tocca al tribunal de' riti, nostro gran nemico[9]. Speramo in Dio che favorirà la sua causa, qual prego quotidianamente feliciti V. P. M. R. con tutta la nostra provincia, e quelli in particolare che si ricordano di me ne' suoi SS. Sacrificii et orationi.

---

[3] D. Della Chiesa et PP. Brollo ac Nicolai 27 dec. 1684 Cantonem pervenerunt.

[4] D. López Cantone 8 apr. 1685 consecrationem recepit et eodem mense patrem Nicolai in suum assumpsit provicarium et socium, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 23.

[5] Secunda visitatio Dni Della Chiesa a 20 apr. 1686 usque ad 20 oct. 1686, v. *SF V*, 121-25.

[6] Cantone 22 nov. 1687 profecti sunt, v. supra ep. Della Chiesa 18 nov. 1687, n. 11.

[7] *Szechwan* et *Kweichow*, v. supra ep. 27 sept. 1687, n. 12.

[8] V. supra ep. 2 sept. 1687, n. 19; ep. 23 oct. 1687, num. 4.

[9] Hoc tribunal revera 25 sept. 1687 decretavit quinque SI gallos expellendos esse et edicto publico cavendum ne alii in imperium appellere auderent, v. Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 539. Iussu autem imperatoris res accuratius perpensa est, et 2 nov. 1687 sententia favorabilis lata, v. *SF V*, 146, n. 10; et supra ep. Della Chiesa 18 nov. 1687, num. 1-3.

4. Tutti cordialmente io riverisco; in particolare l'altro mio lettore P. Fortunato di Verona[10], P. Angelo di Castelfranco[11], P. Diego Valtelina[12], P. Bernardo Veronese[13], Massimo di Valcamonica[14], Michel di Cittadella[15] con li RR. PP. Francesco di Bassano[16], Egidio di Mel[17], Francesco di Asolo[18] e li miei condiscepoli e discepoli. Viva felice e mi racommandi al Signore e all'orationi di nostri buoni religiosi; che non spero vedere nè lei, nè loro, se non in paradiso, al qual Dio per sua pietà tutti ci conduca.

LXVIII

EPISTOLA AD D. VALERIUM BROLLO[19], CANTONE 28 OCTOBRIS 1687.

Mss. non asservatur. Edita est in *Giard. seraf.*, I, 128-30, et a Tinti, *Vita e missioni*, 2-3 et 106-09. Excerptum apud Della Stua, *Memorie*, 48-49.

1. M'è venuto a trovare sino in China una sua di gennaro 1685. Non potrebbe creder quanto mi sia stata cara, essendo quattr'anni che tenevo desiderio. Scriva pure V. S. e non tema; che alcuna, piacendo al Signore, mi capitarà. Godo di sua buona salute come di tutta la casa, che N. S. per sua pietà conservi con continuo aumento di sue grazie, del che non cesso quotidianamente supplicarlo. La morte di mia Ameda[20] che sia in gloria, molto mi spiace. È un passo che tutti dovemo farlo, perciò *aequo animo ferendus*. La raccomando al Signore,

---

[10] OFM venetus prov. S. Antonii, v. supra ep. 14 dec. 1681 ad provincialem, n. 15.
[11] Idem, ib., n. 14.
[12] P. Didacus Amadei de Valle Tellina, v. supra ep. 8 apr. 1682, n. 6.
[13] Ib., n. 7.
[14] P. Maximus Tommasi de Valle Camonica, natus in loco vulgo Canè dicto. Fuit minister prov. huius prov. venetae a. 1686-89. Obiit Patavii in conventu S. Caroli die 15 iunii 1699, v. *Necrologio ... prov. veneta di S. Antonio*, I, 359; Spimpolo, *Storia*, I, XXXIX; *Hist. seraf.*, 621.
[15] OFM venetus prov. S. Antonii, qui in Navarrino Novo 15 iulii 1693 obiit, v. *Necrologio*, cit., II, 33.
[16] OFM venetus, v. supra ep. 10 nov. 1680, n. 1.
[17] P. Aegidius Conti de Zumellis, v. supra ep. 14 dec. 1681 ad provincialem, n. 16.
[18] P. Franc. Pontini ab Asylo, ib., n. 17.
[19] Pater P. Basilii.
[20] Corruptio verbi latini *amita*, i. e. *zia, tante*.

conforme alle moltissime obligazioni che li devo. De' miei fratelli[21] vedrei volontieri alcun carattere; e molto più goderò, se saprò che sono ubbidienti e di consolazione al suo buon padre, vivendo al mondo sì, ma non scordati del cielo.

2. Del Sig. Andrea[22] ricevo una, da cui intendo avergli il Signore donati non pochi figli, che è addossatoli un carico di gravissimo peso. Tocca a V. S. aiutarlo a portare: invigilando quanto più può, che in sua tenera età siano ben instrutti nella pietà, timore e amore di Dio; che ciò avendo, averranno sufficiente patrimonio per passar gloriosamente la vita. Io per me do molte grazie al Signore della poca libertà che mi permise, essendo fanciullo, conoscendo manifestamente aver evitati con ciò moltissimi peccati, che sono il maggior infortunio che possa succederci in questa e nell'altra vita; e prego il Signore per questo particolare in specialità, ne dia il premio a V. S., zio e Ameda.

3. Mi rallegro che il Sig. Lodovico[23] habbia abbrazzato il stato ecclesiastico; all'arrivo di questa spero sarà già sacerdote. Me gli raccomando ne' suoi SS. Sacrifizi, che io ne' miei non mi scordo di lui, come nè degli altri. Ciò che gli desidero principalmente, non sono nè ricchezze nè piaceri, ma la santità almeno tanta che basta per entrar in cielo. Questa a tutti è semplicemente necessaria, ma chi è sacerdote è di più debitore all'Altissimo. Deve esser specchio, in cui mirando il mondo scuopra le virtù che gli convengono. Voglio sperare nella carità del Signore che l'elesse, gli darà talenti sufficienti per in ciò traficarsi la beata eternità, che a tutti ci conceda. Che consolazione di padre, vedere i suoi figli tutti caminare a gran passi per li sentieri della santità. Questa è una delle felicità che io in questa vita al mio buon padre desidero.

4. Era morto per la fede il B. Filippo Gieronimo, nostro religioso messicano[24], in Giapone. Al tempo di Urbano VIII successe la di lui

---

[21] Nomina fratrum P. Basilii dantur supra, in ep. 16 martii 1685, n. 7.

[22] Frater P. Basilii.

[23] Frater P. Basilii.

[24] B. Philippus Hier. a Iesu de las Casas, ex patribus hispanis in civ. Mexico natus, habitum minoriticum quem in Puebla de los Angeles sumpserat postea reliquit. A. 1591 in Philippinas perrexit ibique denuo Ordini seraphico nomen dedit. Nondum sacerdotio initiatus, in Iaponiam a. 1596 missus est; ibi captus est;

beatificazione co' compagni[25], in tempo che la sua madre[26] in Messico era ancor viva. Si celebrò in questa bellissima città la solennità del suo santo patrizio con le maggiori pompe e splendidezze. Nulla però fu più ammirabile che la sua buona madre. Nella processione solenne, l'arcivescovo[27] con il vice-re la pigliarono in mezzo; e giunti alla chiesa, fattala sedere all'altare, gli bacciarono il ventre con quelle parole: *Beatus venter qui portavit tam bonum filium*[28]. La buona vecchia, fu tanta la consolazione che sentì che in otto giorni spirò l'anima al Signore, protestandosi esser madre del ben avventurato Fra Filippo di Giesù. Che felicità di madre morir di gioia per haver un buon figlio. O, s'io potessi far tanto per mio padre! S'affatichi almeno che gli altri suppliscano, già che la santità non è legata, nè a luoghi nè a tempi, nè a ministeri nè a offizi. Dio è per tutto e per tutti; onde ogn'uno in ogni luogo, in ogni stato può farsi santo; e parlando de' figli, li padri sono con l'esempio e ammonizioni gran parte della loro santità.

5. Quanto a me, lodato e ringraziato ne sia il Signore, me la passo con salute molto migliore che costì. Servo all'Illmo Mgr vescovo d'Argoli nostro religioso, vic. ap. di quì[29], con cui vivo inseparabile per ora, qual pure caramente la saluta. Il tempo che ho impiegato in ministeri, visitando con detto Mgr alcune provinzie[30], m'ha fatto il Signore grazia di battezzare 300 infedeli. Quest'anno intiero l'ho applicato al studio di libri sinici[31]. Perchè vedi che sorte di studio e di carattere, quì gli mando tradotte l'orazioni. Si cominzia a legere dove noi finiamo, con l'ordine che vedrà nel primo foglio, segnato con numeri. Cada

---

et 5 febr. 1597 cruci affixus, cum 25 sociis prope Nagasaki martyrium subiit, v. Uyttenbroeck, *Early Franciscans in Japan*, 17-28; Gomez Platero, *Catalogo biográfico*, 107-08; Pichardo, *Vida y martirio del protomartir mexicano San Felipe*, passim.

[25] Urbanus VIII Fr. Philippum una cum 25 sociis martyrii 4 sept. 1627 inter beatos accensuit, v. Ag. da Osimo, *Storia dei ventitre martiri giapponesi*, 251.

[26] Antonia Ruyz y Martinez, mater B. Philippi, v. Gomez Platero, cit., 107.

[27] D. Franc. Manso et Zuñiga, arch. Mexici a. 1627-34; D. Rodrigo Pacheco y Osorio, marchio de Cerralbo, prorex a. 1625-35.

[28] Luc. 11, 27: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti.*

[29] D. Della Chiesa, quattuor provinciarum vic. ap., v. supra ep. 27 sept. 1687, n. 12.

[30] P. Basilius prov. *Kwangtung*, *Kiangsi* et *Fukien* iam visitaverat, v. supra ep. 4 sept. 1687, num. 2; ep. 1 oct. 1687, num. 3.

[31] V. supra ep. ad suum patrem 1 oct. 1687, num. 4; ep. 23 oct. 1687, num. 1.

una lettera significa intieramente una cosa, nè una sola, ma moltissime per esser equivoca; nè v'è differenza da' nomi a' verbi o adverbi. L'istessa parola significa amore, amare, amato, amando, in ogni tempo, in ogni numero e caso. Solo se gli varia il sito o se gl'aggiunge alcuna altra lettera. Ho tradotti in latino alcuni libretti de' classici di China[32], che sono come la S. Scrittura appresso di noi. Quando habbia opportunità di scrivergli e mandarli, li vedrà.

6. Son di breve di partenza per *Chekiang*, vicariato del detto sig. vescovo[33], due mesi di camino lontano di quì, se piacerà al Signore, per trattenerci in quelle parti sino a nuove disposizioni della S. Sede. Ora quì stamo con un poco di timore, non si sollevi qualche borasca in questa missione, a causa d'esser stati denunziati all'imperatore alcuni missionari che vennero il luglio passato per entrarvi[34]. Con tutto ciò, confido nel Signore disporrà le cose a sua maggiore gloria.

7. In genere ho scritto altre volte come quì ce la passamo. Tutti li missionari vestimo da letterati[35], che sono la nobiltà di China; per cui non giova il nascere, ma bisogna o faticarsi nelle guerre o lambicarsi il cervello ne' studi di sue geroglifiche lettere. La nostra vita è più da monache che da frati. La casa è la clausura; nè per salirvi si rompe, perchè in queste provincie o si va in sedia coperta, o in barca. Il predicare è in casa e co' libri, che si dispensano, e per mezzo di catechisti. Questa terra pare ancora terra fatta alla moda, sì è contraria a' costumi di tutte l'altre nazioni. Con tutto ciò, è abondantissima di messe, che annualmente ogni ministro raccoglie; qual serve a radolcir le croci che ben pesanti dovemo tutti portare. Faccia Dio ci servano di scala alla gloria, qual prego incessantemente la feliciti in questa e nell'altra vita, nella quale solo spero ci vedremo. Saluto caramente miei fratelli, il sig. zio con tutti li nostri parenti e amici, e sono.

---

[32] V. supra ep. ad D. Cibo 23 oct. 1687, num. 1.

[33] D. Della Chiesa et P. Basilius Cantone 22 nov. 1687 discesserunt, v. supra ep. praec., n. 6.

[34] Propter adventum quinque PP. Gallorum SI, duce P. Io. de Fontaney, v. supra ep. 23 oct. 1687, num. 3-4.

[35] V. supra ep. (num. 34) mense oct. 1685 datam, num. 3.

LXIX

EPISTOLA AD D. ANDREAM BROLLO[36], CANTONE 28 OCTOBRIS 1687.

Mss. non servatur. Edita est in *Giard. seraf.*, I, 127-28 et a Tinti, *Vita e missioni*, 104-05. Excerptum apud Della Stua, *Memorie*, 47.

1. Alla sua, tanto più cara quanto più desiderata, del 1685 ho già risposto per via di Manilla a Spagna[37]. Replico questa per l'altra parte del mondo che è di Goa a Portogallo, acciò, perdendosi l'una, si salvi l'altra. Ho sommamente goduto di sua buona salute, come della sig. cognata, figli et altri di casa; e ne do grazie al Signore, qual quotidianamente prego per le felicità sue e di sua casa. Godo di più gl'habbia il Signore donato un figlio maschio e spero n'avrà degl'altri. Non si scordi però che è debitore a Dio d'uno per la religione. Circa le figlie, il fastidio che ha da pigliarsi è in mandarle ancor fanciulle per li camini del cielo, facendole sospirare per la beata eternità che c'ha il nostro gran Padre promessa. Nel resto non si pigli pena, che chi le creò, se sarà da loro conosciuto e servito come si deve, ne terrà la cura che si deve sperare da padre sì buono.

2. Circa la mia persona, grazie al Signore, son sano, molto più che non era costì. Sto servendo all'Illmo Sig. vescovo d'Argoli nostro religioso, vic. ap. di *Chekiang* etc.[38], con cui spero quanto prima portarmi a sua giurisdizione; dove avrò maggior occasione d'impiegarmi negl'offizi di mio ministero, qual fin'ad hora m'ha fruttato sopra 300 infedeli, di mia mano battezzati. Vo studiando li simbolici caratteri di China, per la di cui intelligenza un'età intiera non basta, sì sono numerosi, sì equivoci, sì vari. Con tutto ciò, col aiuto del Signore spero apprender quanto basta per il mio ministero.

3. Nel resto prego il Signore consoli V. S., e in questa e nell'altra vita, giuntamente co' figli e tutta la casa. Una grazia gli dimando: che mattina e sera faccia da' figli quotidianamente raccomandarmi

---

[36] Frater P. Basilii.
[37] V. supra ep. 1 oct. 1687 ad eundem.
[38] V. supra ep. 27 sept. 1687, n. 12.

specialmente al Signore, che mi dia grazia di servirlo come devo; ch'io gli prometto intiera corrispondenza. La lascio con salutarla con tutti li parenti e amici, a' quali tutti do cento mille saluti. A Dio, che ci faccia vedere e abbracciare nella terra de' sempre viventi.

LXX

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM[1], CANTONE 30 OCTOBRIS 1687.

Autogr. in *ASM.* – Duo primi paragraphi editi sunt sub die 28 oct. 1687 in *Giard. seraf.*, I, 131.

1. Eccomi a pagare l'annuo tributo d'ossequio a questa mia S. Madre col raguagliarli il mio stato che, gratie al Signore, è buono e migliorato di molto della poca salute che costì godeva. Sono passati tre anni che mi trovo in China col nostro Illmo Mgr vescovo d'Argoli, il P. Bernardino di Venetia, a cui servo sin ad hora inseparabile. L'anno passato, come scrissi, scorsi parte delle due provincie *Kiangsi* e *Fokien*; nel qual camino – comprendendo gl'avanti e dopo battezzati – m'ha gratiato il Signore di sopra 300 battesimi[2].

2. Quest'anno intero per diverse cause l'ho tutto passato quì, quasi otioso, per esser questi territori ben provvisti di missionarii. Per rimediar all'otio ho atteso al studio de' libri sinici e suoi simbolici caratteri. Spero apprenderò, col agiuto del Signore, quanto basti per le necessità della missione e intelligenza delle controversie, che tempo ha vertono tra' missionarii circa i riti sinici.

3. È molto tempo che desiderava alcuna nuova della mia provincia. Quest'anno m'ha il Signore fatta la gratia, havendo ricevuto lettere del suo antecessore, il M. R. P. Eugenio di Bassano[3], e del P. Antonio di Bassano[4], che mi sono riuscite notabilmente care. Io

[1] P. Maximus Tommasi, minister prov. provinciae venetae S. Antonii a. 1686-89, v. supra ep. ad prov. 28 oct. 1687, n. 14.

[2] Ep. cit., num. 2.

[3] Minister prov. a. 1683-86, v. supra ep. ad prov. 14 dec. 1681, n. 13.

[4] P. Antonius de Baxano (Bassano del Grappa), minister prov. eiusdem prov. venetae a. 1707-10 et 1724-27, qui Vicetiae 27 aug. 1730 obiit, v. *Necrologio della prov. veneta di S. Ant.*, II, 119; Spimpolo, *Storia*, I, XXXIX.

quotidianamente ne' miei sacrificii mi ricordo di cotesta santa provincia. In corrispondenza supplico V. P. M. R. raccomandarmi all'orationi di tutti li nostri buoni religiosi, quali tutti saluto *in Domino*; che oltre l'opra di charità che faranno, procurarò non esserli ingrato. E se V. P. M. R. mi favorirà d'alcun suo carattere, lo riceverò come carattere di padre, la di cui charità non sa scordarsi d'un povero figlio esiliato in queste estreme parti del mondo.

4. Da quì a poco, piacendo al Signore, sono di partenza[5] per *Chekiang* e *Huquang*, provincie assignate per vicariato al detto Mgr[6], dove havrò maggior occasione d'essercitarmi negl'officii del proprio ministerio. Prego il Signore assista a V. P. M. R. per il buon governo di nostra provincia e li conceda *in utroque* quelle felicità che può desiderarli chi si professa.

LXXI

EPISTOLA AD D. LUD. QUEMENER[7], NANHSIUNG[8] 21 DECEMBRIS 1687.

Autogr. in *AME 426*, 751.

1. Heri sub vesperam, Deo gratiae, incolumes huc pervenimus ubi – cum plures supersint confirmandi – immorabimur usque ad solemnia Natalitia Salvatoris. Quibus nos DD. VV.[9] charitatibus iuxta solitum devinxerunt oblivisci non possumus[10]. Hinc Illmi D. Episcopi verbis plurimas gratias ago quas referre non licet.

2. Quod in me est, sciant ambae DD. VV. se habere fratrem si dignantur; si non servum, quo ad omnia eorum vota uti possunt; et utinam aliquid possem quo rebus ipsis meam in DD. VV. propensam

---

[5] D. Della Chiesa et P. Basilius Cantone 22 nov. 1687 abierunt, v. supra ep. Della Chiesa 18 nov. 1687, n. 11.

[6] Vicariatus ap. quattuor prov., v. supra ep. 27 sept. 1687, n. 12.

[7] MEP gallus, minister ecclesiae de *Shaochow*.

[8] *Nanhsiung-chow*, civ. prov. *Kwangtung* sed prope confinia prov. *Kiangsi*, residentia OESA hisp.

[9] D. Quemener eiusque socius, D. Io. Pin.

[10] D. Della Chiesa enim, Cantone 22 nov. profectus, per aliquot dies sistit in missione Dni Quemener ad christianos confirmandos, v. *SF V*, 142.

pro debito voluntatem ostendere possem. Si caetera deficiunt, pro mearum virium imbecillitate non deero, quin a summo bonorum omnium largitore tot benedictionum copiam precer, quibus eorum votis cumulate satisfiat. Me amborum orationibus plurimum commendo, semper futurus qualem me protestor.

3. Ista epistola adveniente, non dubito quin multo prius D. Carpon[11] pervenerit. Ei rogo, Illmi D. Episcopi et meo nomine, plurimam dicat salutem et omnes tres[12] hanc dignentur habere pro propria.

LXXII

EPISTOLA AD EUNDEM, NANCHANG[1] 3 FEBRUARII 1688.

Autogr. in *AME 427*, 11.

1. Non locorum spacia nec temporum intervalla memoriae P. V. meae afficiunt. Animus a loco liber est, non pendet a tempore; in quos fertur ubique respicit non secus ac Ursam magnes[2]; eoque vehementius quo magis conscius sibi est habere obiectum, unde sibi iure usurpet etiam cum violentia, quod alias sponte praestare et debet et lubet. Non ergo miretur si ex his remotis terris meo Quemener meis litteris importunus esse audeo. Culpa non mea est, sed eius qui se e mei memoria deleri non patitur; et ut pateretur non permitterem.

2. Quid autem scribam? Ut mei apud Dominum meminerit *iu y*[3]. Nil n[obis] in his itineribus praeter frigora, ventos et morosas detentiones novi occurrit. In hanc urbem *Nanchang* pervenimus 19 ianuarii, postridie favente Domino discessuri[4]. Illmus Dnus et P. V. in primis

---

[11] D. Ivo Carpon, tunc Cantone residens, MEP gallus.

[12] DD. Quemener, Pin et Carpon.

---

[1] *Nanchang-fu*, metropolis prov. *Kiangsi*, residentia vice-provinciae SI. P. Emm. Mendes, SI lusitanus, tunc erat minister huius ecclesiae.

[2] Acus pyxidis magneticae (gall. *boussole*), semper ad ursam maiorem seu ad septemtrionem respicit.

[3] *Yu i* = ad intentionem [meam].

[4] D. Della Chiesa et P. Basilius ergo in missionibus districtus *Nanchang-fu* remanserunt a 19 ian. usque ad 4 febr. 1688.

et D. Pin[5], et si qui alii sint socii, plurimam dicit salutem; egoque ambos et D. Carpon si forte isthuc appulit[6], aeternum valere desidero, me semel pro semper testatus D. V. A. R. ... servus.

LXXIII

EPISTOLA AD P. FR. XAV. FILIPPUCCI[7], HANGCHOW[8] 27 IULII 1688.

Transumptum in *BRA 49-IV*-63 (*7*), 203v. Exemplar ab amanuense omnino corruptum est.

Inc. Con buona gratia Mgr avisò V. P. M. R. d'haver ricevuta la sua.

Brevis salutatio. D. Ivo du Carpon a D. Della Chiesa admissus est ut missionarius[9]. Salutat PP. Turcotti[10] et Arxo[11].

---

[5] D. Io. Pin, socius Dni Quemener in *Shaochow*.

[6] D. Ivo Carpon, mense dec. 1687 in *Shaochow* exspectatus, v. ep. praec., num. 3.

[7] SI italus, minister ecclesiae SI Cantone, qui mense ian. 1688 renuntiatus est visitator Sinarum.

[8] *Hangchow-fu*, metropolis prov. *Chekiang*, residentia vice-provinciae SI, in qua P. Prosp. Intorcetta, SI italus, tunc morabatur. D. Della Chiesa et P. Basilius 24 febr. 1688 in hanc civ. pervenerunt, v. *SF V*, 142 et 146.

[9] D. Ivo Carpon MEP, qui 23 ian. 1687 in manibus Dni Della Chiesa iuramentum emiserat, v. supra ep. Della Chiesa 31 ian. 1687. D. Carpon, teste Dno Maigrot, non amplius ad societatem MEP pertinebat. D. Della Chiesa autem eum ut missionarium admisit, v. *SF V*, 163-64.

[10] P. Car. Turcotti, SI italus, minister ecclesiae de *Foushan* prope Cantonem.

[11] P. Ios. Raym. Arxo, SI hispanus, a. 1687 ad missionem *Siangtan-hsien* in prov. *Hukwang* missus, qui infirmitatis causa Cantonem reversus erat, v. *SF V*, 145, num. 1.

LXXIV

EPISTOLA AD P. MODESTUM DE ROMA[12], NANKINI[13] 9 NOVEMBRIS 1688.

Autogr. in *APF SR Congr. 5*, 218r-v.

1. V. P. M. R. si degni haver questa per mia[14], che col mio carissimo fratello P. Gio. Francesco [Nicolai] come tengo e tenimo un sol cuore, così potemo convenire in una lettera, che per mia indispositione[15] non posso scriver a lungo.

2. Hieri l'altro scrissi un'altra, con alcune particolarità ch'ivi vedrà[16]. Mgr[17] di nuovo la riverisce; et io gli prego dal Signore molta consolatione, et superiore a' travagli che, con poco fondamento, per causa nostra l'afflissero[18]; sono suo *ex animo*.

3. Mi faccia gratia di dar ricapito all'accluse all'Emo novo Card. Barberigo[19]. A V. P. M. R., qual prego resti servita inviar l'acclusa, per mio padre a Gemona[20], al R. P. Guardiano di Venetia, ragguagliandoli il mio stato.

---

[12] Romae procurator missionum OFM Reform. a. 1677-87, qui iam 8 aug. 1687 obierat, v. *SF V*, 206, n. 1. P. Daniel Duranti de Aretio ei uti missionum procurator successit, ib., 219, n. 7.

[13] *Nanking* seu *Kiangning*, metropolis prov. *Kiangnan* seu Nankinensis. D. Della Chiesa et P. Basilius Nankinum 13 oct. 1688 pervenerunt, v. Ep. Dni López 7 nov. 1688, in *APF SR Congr. 5*, 216. Dies adventus in *SF V*, 6, n. 23 corrigenda est; correcte datur ib., 157.

[14] I. e. ep. P. Io. Francisci Nicolai 9 nov. 1688, cui P. Basilius haec pauca verba adiecit, v. *SF IV*, 509-10.

[15] P. Basilius iam a mense augusto infirmabatur, v. ep. Dni Della Chiesa 30 oct. 1688, num. 1, ed. in *SF V*, 157.

[16] Haec ep. deperdita videtur.

[17] D. Della Chiesa.

[18] Nempe propter modum agendi Dni Della Chiesa eiusque sociorum in quaestione de iuramento.

[19] Marcus Ant. Card. Barbarigo, 2 sept. 1686 S. R. E. Cardinalis creatus, v. *Hier. cath.*, V, 12-13; et supra ep. 17 febr. 1681, n. 8. – Hae ep. deperditae videntur.

[20] Haec ep., patri suo Valerio Brollo data, etiam nos latet.

LXXV

EPISTOLA AD REVMUM P. FRANCISCUM A S. AGNETE[21], NANKINI 25 NOVEMBRIS 1688.

Autogr. in *AP 11-2.*

1. Dum cum Illmo D. Argolicensi in *Hukuang* transiens in hac Nankinensi metropoli immoror, ecce acceptissimas P. V. A. R. litteras, quas dilectissimo fratri nostro P. Fr. Io. Francisco de Leonissa[22] qui hic cum Illmo D. Basilitano[23] commoratur statim communicans, non aliter gavisi sumus ac pii filii laeto parentis vultu ac iucundis de eius incolumitate nunciis laetantur. Et multo magis postquam ab Illmo Argolicensi et nostro dilectissimo P. Fr. Commissario[24] accepimus paternam, in ignotos licet, devotos tamen filios P. Vestrae benevolentiam, non verbis solum et litteris sed eleemosinis quoque ac muneribus probatam.

2. Quas inde gratias P. V. debemus, explicare difficile est, referre haud possibile. Solum restat Deum precemur pro nobis quam cumulatissime satisfaciat. Fratres nostri, quorum hic charitatem diu expertus sum, testes esse possunt quanti sanctam hanc provinciam faciam quantunque eius in his terris missionem propagari cupiam. Hinc coniiciet quantum gaudii ex eius litteris hauserim, e quibus coniici licet et me – quod summe desidero – a P. V. A. R. e filiorum numero non reiiciendum et missionem hanc ab eius charitate et zelo plurimum fovendam.

3. Adsit Deus P. V. ut optata consequi et suam provinciam in seraphica perfectione plurimum promovere queat, meque credat semper futurum ... servus in Domino. Rogo P. V. fratribus omnibus huius sanctae provinciae plurimam meis verbis salutem dicat, quorum orationibus me enixe commendo.

---

[21] Minister prov. Manilae a. 1687-90, v. supra ep. 27 sept. 1687, n. 10.

[22] P. Io. Franc. Nicolai.

[23] D. Greg. López, episc. tit. Basilit. et vicarius ap. Nankinensis a. 1685-91.

[24] P. Aug. a S. Paschali, commissarius prov. in Sinis a. 1686-90.

LXXVI

EPISTOLA AD P. FR. XAV. FILIPPUCCI[1], NANKINI 1 FEBRUARII 1689.

Transumptum in *BRA 49-IV-63 (2)*, 171r-v. Exemplar ab amanuense sat corruptum, in quantum licuit, correximus.

1. Dopo – mi pare – haver risposto a la prima[2], ricevei l'altro giorno la seconda via della sua de' 22 novembre, con quel consolo che mi recano le sue lettere. Questo sì che, per il singolar affetto che gli professo, sento non poco le sue aflittioni per le presenti circostanze di questa missione; che mi par molto difficile siano talmente confinate negl'intimi dell'intendimento, che non traspirino e procedino suoi effetti nell'altre potenze naturalmente passive. Per rimediar a che non voglio si contentiamo del *gin nai*[3], che è l'unica virtù per cui V. P. – già assuefatta al di lei esercitio – si mantiene imperturbata; ma procuriamo levar la radice inchiodata nell'intelletto istesso, che non si mancaranno altre occasioni di praticarla.

2. Due cose vedo nella sua concepisse V. P. per tali che ragionevolmente se li vedo signore del campo nel suo intendimento: l'una l'ambasciata di Siam con la venuta de' missionarii[4]; l'altra le cose di Roma, secondo ciò che da lì li viene significato[5]. Mio Padre, mi par haver scritto un altra volta che, se noi volemo a nostro gusto e conforme alle humane raggioni governar il mondo, è impossibile stiamo in pace. Lasciamo una volta il governo a chi tocca, e giudicamo per raggionevole e conveniente tutto ciò che la divina Providenza dispone; senza di cui nè ambasciatore, nè missionarii, nè bolle, nè lettere arrivaranno in ...

---

[1] SI italus, visitator Sinarum a. 1688-91.

[2] V. supra ep. 27 iulii 1688.

[3] *Jen-nai* = patientia.

[4] Expeditio militaris gallica in Siamum, ducibus DD. Desfarges, La Loubère et Cébéret, quae e portu Brest 1 martii 1687 solvit et 27 sept. in Siamum appulit; hac occasione 14 patres SI, duce P. Guidone Tachard Siamum petierunt, v. Kaeppelin, *La Compagnie des Indes Orientales*, 207-08; Launay, *Hist. gén.*, I, 340-42; *SF III*, 669.

[5] Erectio novorum vicariatuum ap. in Sinis, v. *SF V*, 159, n. 8.

3. Questo sì, non havemo a ricusare que' mezzi, preservativi de' mali che si temono, che detta la ragione, subordinata a la divina volontà; e ciò fatto, starsene in pace, e succeda lo che può succedere. A V. P. non manca prudenza per anticipatamente prevenirsi contro l'ambasciata[6], di che pure se gli scrisse in altra contingenza. De' missionarii adesso mi pare non si sia che temere, dovendo in mancanza di barche di Siam venire necessariamente nascosti, et al porto o di *Quangtung*[7] o di *Fokien*[8], dove sarà facile occultamente introdurli senza strepito.

4. E delle cose di Roma, se Dio vi ha messo la mano, facendo che non giungessero quest'anno le bolle e decreti de' quali si temono – co' fondamenti ancora che il nostro Mgr gli significa[9] –, dovemo sperare nella prossima motione veder tutti quei buoni effetti, e migliori ancora di [quello] fu scritto da Roma.

5. Non si scappino più, nè dalla lingua, nè dalla penna, quelle parole: *conviene trattar de' fatti nostri, già che gl'altri trattano de' fatti loro*. Che fatti nostri? *An nescitis quia non estis vestri*[10]? Semo non nostri, ma di quel Signore che per tanti titoli è assoluto padrone, e di noi e di quanto da noi dipende. I fatti di Dio dunque sono i fatti nostri; e se lui vuole prolungarci la croce per sua maggior gloria e merito nostro, ardiremo noi ricusarli? *Ky ieu çu li*[11]?

6. Veda mò che buon predicatore son io; nè s'ammiri che a me stesso servo questa medicina che offerisco ad un amico; qual, quantunque in sua bottica non v'è dubio ne tenga de' molto migliori, con tutto, per sua charità, non disagradarà che un altro gl'offerisca ciò che giudica proportionato alle presenti indispositioni contagiose, e lo sa per esperienza. Mio Padre, son tutto suo, mi stia allegro *in Domino*, a cui non manco raccommandarla et a cui desidero mi raccommandi.

Fr. Basilio, già molto migliorato di sua indispositione[12].

---

[6] Legatio gallica ad Sinarum imperatorem, quam lusitani timebant venturam, sed sine vero fundamento, v. *SF V*, 166, num. 2; 168-69.

[7] Cantone.

[8] Amoy.

[9] V. ep. Dni Della Chiesa 30 ian. 1689, ed. in *SF V*, 172.

[10] I Cor., 6, 19: *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri*?

[11] *Ch'i yu tz'u li*? = quomodo hoc rationabile esse potest?

[12] V. supra ep. 9 nov. 1688, n. 15.

LXXVII

EPISTOLA AD D. LUD. QUEMENER[13], SIANGTAN[14] 1 MAII 1689.

Autogr. in *AME 427*, 177.

1. Utrum D. V. scribere deberem, diu dubius haesi, nesciens unde inciperem aut quidnam scribere possem. Quod enim D. V. tamdiu silentiarium egerit, nec provocatus licet me vel unico caractere dignatus est, cum causam omnino ignorem, anceps fluito, timens ne forsan amicissimo viro irae ansam praebuerim. Si quid ignorans peccavi, veniam posco. Et cum ignoratum peccatum emendationi non subsit, rogo et id mihi insinuet ut deinceps cavere queam. Vel si silentii causa in aliquid aliud refundenda est, et id scire iucundum erit. ne de ignorato peccato importunam poenitentiam agere cogar. Quod vix fieri potest, quin super omnia desiderabilia desiderabilis et viribus totis procuranda charitas refrigescat, quod Deus permittat nunquam. Sin vero in non scribendo peccavit D. V., paenitentiam agat: id est, suppleat in futurum praeteritis defectibus calamo non parcens, et lubens peccatum condono.

2. De his hactenus. E meo sex et amplius mensium fluxu[15], Deo gratiae tunc convalescere licuit cum in urbe *Vuchang*[16] sacramentorum administrationi vacare necesse fuit. Inde in *Siangtan* descendimus[17], ubi res turbatissimae[18] valde timeo permissurae sint hic immoramur, prout statutum erat, usque ad augusti initia[19]. Turbationum

---

[13] MEP gallus, minister ecclesiae de *Shaochow* (*Kwangtung*).

[14] *Siangtan-hsien*, missio SI in prov. *Hukwang* (*Hunan*), in quam D. Della Chiesa et P. Basilius 22 apr. 1689 pervenerunt, v. *SF V*, 175, num. 1. – In hac nova residentia tunc morabatur P. Ios. Raym. Arxo, SI hispanus.

[15] V. supra ep. 9 nov. 1688, n. 15.

[16] *Wuchang-fu*, metropolis prov. *Hukwang*. D. Della Chiesa et P. Basilius, Nankino 18 febr. profecti, *Wuchang* 6 martii pervenerunt, v. supra ep. Nicolai 23 febr. 1689, num. 3; ep. Della Chiesa 2 apr. 1689, num. 1; *SF V*, 173-75.

[17] In *Siangtan* 22 apr. pervenerunt, v. supra n. 14.

[18] De hac turbatione, v. etiam supra ep. Della Chiesa 8 ian. 1689, num. 4; *SF V*, 175-78.

[19] Hae turbationes celeriorem episcopi et P. Basilii discessum causaverunt, qui iam exeunte mense maio in *Wuchang* regressi sunt, v. supra ep. Della Chiesa 1 iunii 1689; *SF V*, 188, num. 2.

causae fuere casus *Kiang Lao-ye*[20], proregis et immediati praefecti malevolentia et horum gentilium odium in S. Legem et ecclesiam hic erectam, quam totis viribus destruere conantur. E curia fuit relatum novum praefectum huc deputatum christianis praeceptis et precibus iam imbutum esse; licet eum saltem non futurum inimicum sperandum sit, valde tamen timendum ne proregis authoritate a baptismo et favoribus deterreatur[21]. Rem Deo commendemus, quem suae causae patrocinaturum sperare licet.

3. Mi Domine, ne mei obliviscatur in suis S. Sacrificiis. Ego certe D. V. obliviscor nunquam. Valeat in Domino et sociis, si qui adsint, plurimam meis verbis salutem dicat.

LXXVIII

EPISTOLA AD REVMUM C. MAIGROT[1], NANKINI[2] 28 IUNII 1689.

Transumptum autogr. in *APF SR Congr. 5*, 375-76v.

1. Et D. V. Revmae et Illmi Argolicensis iussa[3], ut rei odiosae et dudum oblivioni traditae iterum me immisceam, vel invitus adigunt. Petit namque D. V. Revma ut declarem quae sint illa mendacia de quibus tres et amplius abhinc annos coram, ni fallor, AA. RR. DD. Lud. Quemener et Lud. de Cicé[4] D. V. Revmae circularem epistolam[5] accusavi; quae si non subsistunt, iniustus ego calumniator arguar. Id qui mihi molestum non esse potest? Inde enim vel D. Vestra, quam

---

[20] D. Franciscus *Chiang*, v. *SF V*, 172, n. 8.

[21] V. supra ep. Della Chiesa 2 apr. 1689, num. 7.

---

[1] MEP gallus, vicarius ap. prov. *Fukien* 5 febr. 1687 renuntiatus, v. *SF V*, 159, n. 8.

[2] D. Della Chiesa et P. Basilius ex *Hukwang* venientes, Nankinum 27 iunii pervenerunt, v. *SF V*, 181, num. 1.

[3] Mandatum P. Basilio datum, v. *SF V*, 180, num. 4; 193, num. 10.

[4] MEP galli a. 1686 insimul in *Shaochow* (*Kwangtung*) morantes.

[5] Dni Maigrot ep. circularis *Kanchow* 9 oct. 1685 data, textus in *SF III*, 679-99 in notis.

ut debeo et veneror et colo, si non minus vera, saltem minus considerata dixisse arguetur; vel egomet severe et merito puniendus calumniator evincar. Utrumque grave, utrumque molestum, quod potius silentio damnassem quam scriptis explicassem. Ne tamen iuratae desim oboedientiae, cum omni possibili in meos praelatos et superiores reverentia, breviter integram totius rei rationem reddam.

2. Cum forte ad manus pervenisset D. V. Revmae ad religionum superiores data epistola, in ea aliqua offendi – meo quidem videri – veritati materiali saltem non conformia et Illmi D. Argolicensis bono nomini valde praeiudicantia[6]. Quod licet ille pro sua modestia dissimularit, non ita tamen dissimulandum visum est quin res per eius socios, quibuscum communicata fuit, D. Vestrae innotesceret. Cum non particularis hominis cui offensas donare meritorium est, sed episcopi et publicae personae res agatur cui de bono nomine cura demandatur; idque eo magis quod non agitur de re transeunti, sed de epistola et hic et apud superiores maiores in archiviis religionum aeternum – si liceret – mansura, quam posteri legentes eamque a Sinarum proadministratore generali[7], episcopo ipso in Sinis praesente nec reclamante, conscriptam videntes, prudenter veram iudicare debebunt; et consequenter dnum episcopum reum eorum quae ipsi in illi affiguntur.

3. Quae autem illa sint et quae tunc coram dictis dominis exagerarim, vere non memini. Nec puto esse nisi duo, ad summum tria dicta. Nihilominus epistolam illam iterum legi et, quae D. Argolicensis episcopi honori adversantur seligens, omnia illa hic adnotabo. Nec enim tot, multo minus plura, me tunc dixisse certo scio. Quod si quae forte e memoria elapsa sint dictique domini aliorum recordentur, D. Vestra ab ipsis petat, et de omnibus rationem reddam. Quae enim coram toto orbe aliquando propalanda certo scio, de iis anticipate iudicari et reddere rationem nec erubesco nec doleo.

---

[6] V. querelas Dni Della Chiesa contra hanc ep., in qua D. Maigrot nullas esse declaraverat facultates, ab ipso episcopo missionariis hispanis concessas, supra in ep. Della Chiesa ad Papam 6 martii 1686, num. 4.

[7] D. Car. Maigrot, iam 24 iulii 1684 a Dno Pallu pro-administrator generalis totius missionis sinensis renuntiatus est. D. Laneau, novus administrator generalis, omnia a Dno Pallu acta confirmaverat, v. *SF V*, 159, n. 9.

4. Quae adnotavi sunt sequentia secundum ordinem quo in epistola conscripta sunt:

1) *Ipse Illmus Heliopolitanus vicariatum suum, 9 provincias continentem, divisit duas in partes: 5 provincias etc. attribuit Illmo Argolicensi, 4 reliquas etc. mihi in casu obitus commisit. De huiusmodi a se facta distributione monuit per litteras Illmum Argolicensem*[8].

2) *Illmus Argolicensis existimat alios ad parendum strictius obligari, alios vere minime*[9].

3) *Non emisso iuramento, permisit iussitque ut facerent quodquod ab Apostolica Sede prohibitum est ne fiat*[10].

4) *Adversum hoc subdelegati a delegato apostolico appellationis genus* (usque ad) *cum Illmus Argolicensis hucusque non aliam quam ab Illmo Heliopolitano concessam authoritatem habeat*[11].

5) *Habere facultatem abrogandi huiusmodi decreti*[12].

6) *PP. Franciscani idem iuramentum ex S. C. mandato emiserunt cum adhuc in patria versarentur*[13].

5. Quae tunc ego exageravi, puto fuisse primum et quartum dictum quae gravius Illmi episcopi nomini praeiudicium afferunt; de reliquis non memini. Quia tamen et ex iis adversum eundem Illmum D. consequentiae deduci possunt, ea hic adnotare et D. Vestrae meam de his opinionem significare libuit.

6. *Secundo* ergo dicto, ut iacet, Illmus Argolicensis nunquam subscribet, nec quemquam omnino censet ab obedientia S. Sedi et Sanctae C. debita eximi posse. Quod ille existimat est: alio et alio modo posse se superiorem – spectatis circumstantiis – cum aliis et aliis gerere, ita ut eius iudicium superiores obedientiam exigentes, non subditos eam praestantes, afficiat. Itaque existimat delegatos a Sede Ap. ad propagandam fidem[14] quaecumque eius propagationi adversantur

---

[8] Excerptum ex ep. past. Dni Maigrot 9 oct. 1685, textus in *SF III*, 681, n. 1.
[9] Ib., 689, n. 3.
[10] Ib., n. 4.
[11] Ib., 695, n. 1.
[12] Ib.
[13] Ib., 697, n. 1.
[14] Nempe vicarii ap.

removere debere. Cum autem nil magis fidei propagationi obsit quam ministrorum defectus, et ex iis alii si non iurarent missiones deserere, alii vero si iurarent eisdem valedicere cogerentur a superioribus, omnes vero ad litteram decretis apostolicis obedirent: alii iurando, alii ab administratione cessando, alio et alio modo in bonum fidei cum eis procedendum tunc arbitratus est.

7. *Tertium* dictum: *Iussit ut facerent* etc. – Nunquam invenietur tale praeceptum.

8. *Quintum* dictum. Nunquam Illmus Argolicensis se abrogandi decreti[15] facultatem habere sibi persuasit. Non enim ignorat res non dissolvi nisi per causas per quas nascuntur. Quod ipse arbitratus est, secundum et apostolicas directiones[16] et theologorum placita, est: se posse gravissimis de causis per recursum[17] suspendere legem donec monitus legis conditor sua placita significaret. Hoc non est abrogare; et abrogationis vox vel temeritatis vel inscitiae Illmum Argolicensem arguit.

9. *Sextum* dictum. Circa iuramentum a 4 pp. franciscanis ex S. C. mandato in Europa emissum[18], id – verum fateor – a sociis nunquam audivi. De me vero assero nunquam mihi tale praeceptum innotuisse, sed tantummodo in S. Sedis obsequium me ibi tunc illud emisisse, nullo mandante, urgente nemine.

10. *Primum* et *quartum* dictum ampliori indigent declaratione. Supponit D. Vestra tanquam certum nullam Illmum Argolicensem tunc habuisse nisi ab Illmo Heliopolitano traditam facultatem[19]; unde eum arguit tanquam subdelegatus contra delegantem insurgat. Qui id audierit coeterorum inscius, quid quaeso concipiet de huiusmodi ausu?

---

[15] S. C. decretum de iuramento 29 ian. 1680.

[16] Instructiones S. C. ad primos vicarios ap. a. 1659; excerpta praecipua edita sunt in *SF V*, 95-96.

[17] D. Della Chiesa iam 6 ian. 1685 appellationem seu recursum ad S. Sedem interposuerat, v. *SF V*, 94-98.

[18] Iuramentum emissum ab ipso D. Della Chiesa ac a quattuor sociis: PP. Brollo, Morelli, Nicolai et Angelo de Albano, v. *SF IV*, 478-81; infra ep. Morelli 2 iulii 1680; et supra, 803, praestationem iuramenti a P. Brollo.

[19] I. e. decretum Dni Pallu 17 iulii 1684, quo D. Della Chiesa provicarius quinque prov. constituitur, textus editur infra, in ep. 21 nov. 1689, ad sextum.

Quidquid sit in re, D. V. Revma non ignorat, ex eadem epistola quam ad D. Vestram antequam Cantonem veniret miserat et Cantone commoranti praesentarat[20], Illmum Argolicensem se *Fokiensis* vicariatus administratorem[21] censuisse; et ut talem, et non ab Illmo D. Heliopolitano sed immediate a S. Sede delegatum[22] in iis omnibus se gessisse. Qui ergo dicetur subdelegatus adversus delegantem appellare? Et licet postea D. V. Revmae sensui in foro externo et pro bono pacis acquieverit totumque suum praetensum ius Illmo Basilitano[23] – cui talem administrationem deberi dixerat D. Vestra – sponte cesserit[24], non tamen priorem illam – sibi scilicet talem administrationem deberi – sententiam mutavit, sed Sedis Apostolicae iudicio permisit. Quae licet adhuc directe non responderit, ex eius tamen postremis litteris facile colligi potest S. C. sensus:

11. Cum enim non ignoret illi duos annos ante vicariatum ap. in quattuor provinciis *Chekiang*, *Hukuang*, *Suchuen* et *Kueicheu* assignatum[25], nihilominus iterum decernit ut in Cantoniensi provincia actus iurisdictionis – non aliunde nisi ex dicto capite illi competentes – exerceat[26]. Praeterquam quod per easdem epistolas, quibus nunc respondet, monita de praetensione Illmi Argolicensis circa dictam administrationem[27], nihil omnino respondens, approbare videtur quod non ignorans non improbat. Immo et supponere potuisse, non tamen debuisse fieri quod suspendendum mandat: si enim nullum fuisset – quod e D. Vestrae suppositione sequitur –, suspensione non indigeret sed sola nullitatis significatione. Post dictam tamen cessionem[28], si

---

[20] Ep. Dni Della Chiesa ad D. Maigrot 6 ian. 1685, textus in *SF V*, 98-100; v. etiam ib., 107; *SF III*, 680-86.

[21] I. e. vicarius ap., Dni Pallu successor, pro toto vicariatu *Fukiensi* novem provinciarum.

[22] Delegatio enim expressis verbis per breve *Illis quae ad felicem* 16 martii 1682 Dno Della Chiesa data est, v. textum huius brevis in *SF V*, XLI, n. 6.

[23] D. Greg. López, episc. tit. Basilit., vic. ap. Nankinensis a. 1685-91.

[24] V. supra ep. 6 oct. 1685, num. 16; *SF III*, 588; *SF V*, 108-09.

[25] Per breve 11 oct. 1685, quo D. Della Chiesa quattuor provinciarum vicarius ap. renuntiatur, textus in *SF V*, XLV, n. 28.

[26] S. C. ep. ad D. Della Chiesa 27 ian. 1687, in *APF Lett. SC 76*, 6-7; v. argumentationem episcopi in *SF V*, 237, num. 4.

[27] Dni Della Chiesa ep. ad cardinales 25 febr. 1685, ed. ib., 104-05.

[28] D. Della Chiesa totum suum ius in vicariatum *Fukiensem* Dno López cessit, v. supra num. 11; ep. 6 oct. 1685, num. 16.

adhuc perseveravit in exercitio eius quam cesserat iurisdictionis, hoc fecit in vim delegationis ab Illmo D. Basilitano episcopo[29], D. Vestrae non ignotae. Si ergo D. Vestra ut pro-administrator in sua pastorali assereret Illmum quidem Argolicensem arbitrari se id facere posse tamquam, vel administratorem dicti vicariatus, vel ab Illmo Basilitano delegatum, se tamen haec non solido vel nullo niti fundamento iudicare, nullamque ei nisi ab Illmo Heliopolitano concessam inesse authoritatem, unde hac iniuria liberaretur Illmus Argolicensis et D. Vestra intentum assequeretur,

12. Restat *primum* et gravius dictum. Gravius dico: si enim ita ut verba sonant res accipiatur, Illmus Argolicensis protervi vel invidi et ingrati praeter alias non leviores notas refugere nullo pacto potest: protervi qui sibi cognitae veritati resistat; invidi qui aliis dignitates committi inique ferat; ingrati qui nec sui benefactoris Illmi D. Heliopolitani meritis flectatur ut eius supremae voluntati subscribat[30]. Quod quam iniuriosum sit viro ab Ap. Sede episcopi et vicarii ap. dignitate decorato, quis non videt?

13. Quod autem de tali ab Illmo Heliopolitano facta distributione monitus non fuerit[31], – quae est constans Illmi Argolicensis assertio – testem advoco et postremam Illmi D. Heliopolitani morti proximi D. V. Revmae manu conscriptam epistolam[32], in qua de hac re ne verbum quidem; et D. Vestrae ex *Hiamuen*[33] alias litteras ad Illmum Argolicensem sub die 30 augusti 1686 datas, in quibus asserit has epistolas quibus eum de dicta distributione monitum praetendit, non alias esse quam easdem patentes litteras – a D. Vestra post Illmi Heliopolitani ad meliorem vitam transitum Cantonem missas – quibus,

---

[29] D. López totum hoc ius denuo Dno Della Chiesa delegavit, ib.

[30] Suprema Dni Pallu voluntas, in ep. 24 oct. 1684 Dno Della Chiesa data expressa, textus in *SF V*, 94, n. 3.

[31] Decretum Dni Pallu 23 iulii 1684, quo D. Maigrot instituitur provicarius quattuor provinciarum, textus in *APF SR Congr. 3*, 465. – Decretum Dni Pallu 17 iulii 1684, quo D. Della Chiesa instituitur provicarius quinque provinciarum, v. supra n. 19. – D. Della Chiesa horum decretorum notitiam habuit solum die 6 ian. 1685, quando ei pervenit Dni Maigrot epistola mense nov. 1684 data, v. *SF V*, 94-95, num. 1.

[32] Dni Pallu ep. 24 oct. 1684, v. supra n. 30. – D. Pallu *Mu-yang* in prov. *Fukien* 29 oct. 1684 obiit.

[33] Amoy seu *Hsiamen*.

priores revocans facultates[34], ei quinque tantum provincias relinquit[35]. An vero hae sint litterae monentes de distributione facta, an ipsamet distributio, testes sint quicumque legerint.

14. De me fateor, quando D. Vestrae circularem epistolam legi, talis res nunquam mihi venit in mentem; et quemcumque lectorem eiusdem sententiae fore non dubito, quod potest facile experientia probari. Exemplo rem explico. Si anno elapso D. V. Revmae vel a S. C. vel ab aliquo alio litterae venerunt, significantes D. Vestram electam in episcopum, vere D. Vestra dicetur litteras accepisse quibus monetur de electione. Si vero bullas ipsas recepisset, nullus dicet D. Vestram de eius electione monitam, sed ipsa suae promotionis diplomata recepisse.

15. Dicet: quocumque nomine appellentur dictae litterae, per easdem inficiari non potest D. Argolicensis sibi Illmi Heliopolitani mentem constitisse, cui par erat se conformaret; et ideo quidquid dicatur, inconveniens non evitatur. – Respondeo magnam esse disparitatem. Litterae enim monentes supponuntur ab ipso Illmo vivente scriptae vel missae in epistolae formam de qua nulla potest esse suspicio. Ast istae patentes litterae post mortem inter eius scripta repertae, pluribus ante mensibus scriptae in simplici dimidio folio et sine apparente sigillo, nulli poterant indubiam fidem facere; et potius videntur innuere Illmi D. Heliopolitani conceptum quam partum; i. e., non liquet an Illmus dominus ita eas conceperit ut vellet eas executioni demandari[36].

16. Si has dubitationes et D. V. Revmae debita fides, et eius patentium litterarum quae in urbe *Focheu* Illmo Argolicensi exhibitae fuerunt[37] authoritas non sustulisset, eas valde auxisset quaedam D. V. Revmae ex *Hiamuen* scripta epistola, in qua de Illmi Heliopolitani praedictis litteris agens, scribit: *Pervenerunt illae quidem ad manus*

---

[34] D. Pallu, per decretum Romae 17 apr. 1680 datum, Dnum Della Chiesa provicarium vicariatus *Fukiensis* novem provinciarum nominavit, textus in *APF SR Congr. 2*, 674.

[35] Decretum Dni Pallu 17 iulii 1684, v. supra n. 31.

[36] Aliis verbis, haec decreta potius videntur fuisse tantum adversaria (gall. *brouillon*), non vero decreta definitiva.

[37] D. Della Chiesa haec decreta in debita forma solummodo *Foochow*, in prov. *Fukien*, die 26 iulii 1686 inspexit et recognovit, v. *SF V*, 123, num. 4; *SF III*, 687.

D. V. Illmae post Illmi episcopi obitum; neque enim citius sciri potuit D. V. Illmam in Chinam appullisse. Litterae monentes, licet non potuissent pervenire ante Illmi Heliopolitani obitum, poterant tamen conscribi. Constat enim, ex postremis Illmi Heliopolitani ad Illmum Argolicensem, duobus antequam easdem litteras daret diebus, eum Illmi Argolicensis posteriores litteras quibus se respondere fatetur accepisse[38]; et illae litterae Cantone fuerant conscriptae. De his hactenus.

17. Haec sunt quibus respondere possum, Illmi D. Argolicensis et D. V. Revmae iussis, sine quibus res hae dudum sepultae non revixissent. Si quid nimis forte audacter dictum sit, rogo sibi persuadeat id non aliunde quam ex fideliter et integre ut debeo obtemperandi et mea sensa proponendi intentione profectum esse. Nec quid eorum quae scripsi omittere liberum visum est cum, licet ut firmiter mihi persuadeo D. Vestrae non nisi materialia mendacia sint, ea tamen concipiam tanquam Illmi Argolicensis formales iniurias. Valeat in Domino, a quo fausta omnia et felicia precor.

LXXIX

EPISTOLA AD ILLMUM CIBO[1], SHANGHAI[2] 4 OCTOBRIS 1689.

Duplex autogr. in *APF SR Congr. 5*, 412r-v et 417r-v; ultima vero die 5 octobris data est; textus autem duplicis exemplaris identicus est.

1. Tutto ciò che potrei scriver di nuove da quest'imperio viene nell'annesse de' due Illmi Sig. vicarii ap.[3], al che è superfluo far altre appendici. Solo servirà questo per testimonio dell'ossequio che, conforme a' miei doveri, professo a V. S. Illma et a cadauno delg'Emi

[38] D. Pallu enim scribit: *Ante duos dies recepi posteriorem V. Illmae epistolam*, v. *SF V*, 94, n. 3. – Agitur ut videtur de ep. Dni Della Chiesa 13 oct. 1684, ed. in *SF V*, 60-61.

[1] S. C. secretarius a. 1680-95.

[2] D. Della Chiesa et P. Basilius, visitatione in prov. *Hukwang* peracta, sese contulerunt apud D. López, tunc in urbe *Shanghai* commorantem, ibique 17 iulii 1689 pervenerunt, v. ep. D. López 26 aug. 1689, in *APF SR Congr. 5*, 399-404.

[3] Ep. Dni Della Chiesa 4 oct. 1689, ed. in *SF V*, 207-10; ep. Dni López 5 oct. 1689, textus in *APF SR Congr. 5*, 419-24.

Sig. Cardinali della S. C., a' quali *singillatim* riverente bacio la santa porpora, offerendomi – se gl'aggrada il mio servitio – a continuar nella missione, passati li dieci anni per li quali fui ammesso l'anno 1680[4], sino a lasciar la vita. E piacesse al Signore fussi degno tutta intiera spenderla in servitio di chi me la diede e conserva.

2. Ho solo un punto da notificare a V. S. Illma, che è per moderar ciò che già di Cantone scrissi circa la difficoltà di pronunciare li cini le nostre lettere, specificando – se ben mi ricordo – nelle parole della consecratione[5]. Errai dunque per poca esperienza. Ciò che io scrissi si verifica in quelli che non studiano nostri caratteri e solo con sue lettere gl'esprimono; come fanno quelli, de' quali soli all'hora haveva esperienza, che apprendono con sue lettere a rispondere alla S. Messa. L'anno passato hebbi un cina litterato, che l'Illmo Sig. d'Argoli manteniva con desiderio di promoverlo al sacerdotio[6], a cui io insegnava a legger il messale; e veramente non pronunciava male, il che pure s'esperimenta ne' tre sacerdoti, ordinati dall'Illmo Sig. Basilitano[7]; che quantunque non habbiano pronuncia sì perfetta come noi, con tutto sufficientemente pronunciano il necessario. La pronuncia dunque non è d'impedimento per la promotione de' naturali al sacerdotio.

3. Vi sono però altri impedimenti, che rendono questo negotio sopra modo difficile. Per hora non mi spiego di vantaggio; che non voglio scriver cose, delle quali poi mi resti dubio. Col tempo, se Dio mi dà vita e gratia d'approfittarmi ne' libri e materie siniche, non mancarò a' miei doveri in significare alla S. C., con tutta sincerità, ciò che conoscerò espediente alla missione e degno di sapersi da cotesta S. C. Il

---

[4] Decretum S. C. 12 oct. 1679 datum est P. Angelo de Albano et PP. Nicolai et Morelli, v. supra ep. Nicolai num. 1, petitionem a. 1679, n. 7. – P. Brollo postea eorum numero aggregatus est et a S. C. die 6 aug. 1680 ad decennium – sicut et coeteri socii – pro missionibus vicariorum ap. approbatus est, v. ep. S. C. ad Dnum Della Chiesa 6 aug. 1680 in *APF Acta CC GG 1680, 50,* 199-200; ib. *Lettere SC, 69,* 156.

[5] V. supra ep. ad D. Cibo 15 oct. 1685, num. 18.

[6] Eius nomen nos latet; nulla mentio de eo adest in epistolis episcopi.

[7] PP. Paulus *Wan,* Blasius *Liu* et Simon *Wu,* SI sinenses, quibus D. López presbyteratus ordinem contulit Nankini die 1 aug. 1688, v. supra ep. Nicolai 29 febr. 1688, nn. 10 et 12; ep. 3 oct. 1688, n. 10; app. Nicolai, num. 18.

detto cina[8] fu licentiato, non per inhabile a leggere, ma per insufficiente a praticare gl'apostolici ministerii.

4. Circa la mia persona, non posso dir altro, se non che servo all'Illmo Argolicense[9], accompagnandolo da che potei farmi intendere da' cini[10] in tutti i luoghi e camini. Se le forze corrispondessero alla volontà, vorrei far prodezze in servitio della S. C., et di tanti millioni d'anime che si trovano in estrema necessità. Già che non posso quanto voglio, vorrò sempre quanto posso, in disagravio almeno dell'insolubili obligationi che, dopo Dio, professo a cotesta S. C., per havermi degnato dell'honore d'un tanto ministerio. Prego l'infinita bontà supplisca alle mie mancanze, e prosperi V. S. Illma e tutti cotesti miei Emi Sig. *in utroque homine* a misura de' miei vasti desiri. Con che mi raffermo.

LXXX

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM[1], SHANGHAI 28 OCTOBRIS 1689.

Autogr. in *ASM.* Excepta secunda parte primi paragraphi, edita est in *Giard. seraf.*, I, 132-34 et a Tinti, *Vita e memorie*, 109-13.

1. Vorrei alcuno di costì fusse sì sollecito in scrivermi come io in scrivergli, non lasciando passar motione – che sol viene una volta all'anno – senza miei caratteri alla mia buona madre, cotesta S. Provincia, che sempre mi sta nel cuore. Da che giunsi in Cina, non ho ricevute che due, una dal M. R. P. Eugenio di Bassano all'hora provinciale[2], et l'altra del p. lettore Antonio di Romano o Bassano[3], quali

---

[8] Sinensis litteratus, a. 1688 a Dno Della Chiesa acceptatus uti candidatus ad sacerdotium, v. supra ad n. 6.

[9] D. Della Chiesa, episc. tit. Argolicensis.

[10] P. Basilius iam in secunda visitatione Dni Della Chiesa, 20 apr. 1686 incoepta, episcopum comitatus est, v. supra ep. 6 apr. 1686, num. 1.

---

[1] P. Maximus Tommasi, minister provinc. prov. Venetae S. Antonii a. 1686-89, v. supra ep. 28 oct. 1687, n. 14.

[2] Ep. P. Eugenii de Baxano 10 ian. 1688, v. supra ep. ad provincialem 28 oct. 1687, num. 1.

[3] Haec ep. memoratur supra, in ep. 30 oct. 1687, num. 3.

grandemente mi consolarono et a' quali subito risposi[4]. Ben vorrei poter hora scrivere ad ambi, ma il fascio che verria più grande del dovere non me lo permette. V. P. M. R. mi farà gratia di supplire a' miei desiderii col communicargli questa, come pure a tutti cotesti revdi padri di provincia et tant'altri miei benemeriti; de' quali se volessi tesser catalogo, occupariano la maggior parte di questo foglio. Gl'avviso tutti che, per il poco che vagliono le mie orationi, di loro non mi scordo *apud Dominum*; e li prego tutti a non scordarsi di questo loro indegno fratello, che tiene somma necessità del suffragio di loro orationi, per le molte obligationi che corrono a suo cargo.

2. L'Illmo e Revmo Mgr Bernardino di Venetia, vescovo d'Argoli, è vicario apostolico di 4 grandissime provincie che sono 4 grandi regni[5]; e solo per passar dal primo al secondo, cioè di *Chekiang* ad *Hukuang*, ci vogliono circa 800 miglia di camino, computato da chiesa a chiesa. Deputatomi per suo vicario generale[6], nè m'ha lasciato nè mi lascia scostar dal suo lato; onde applicato a' negotii publici, non ho opportunità d'attender come gl'altri immediate alle conversioni. Con tutto saranno circa 600 quelli, che m'ha fatto gratia il Signore di battezzar di mia mano.

3. Se non m'inganna la propria opinione, – anzi non propria, ma commune della maggior parte di questa gran missione, – ha fatto il buon Signore una delle sue: servirsi di mezzi sì improportionati per conservarla; essendo ben commune il concetto che, se noi non fossimo arrivati, si sarebbe prima persa la metà, e poi pian piano ridotta agli estremi[7]. Adesso non è tempo di recitar l'historia; a suo tempo si saprà.

4. Il P. Gio. Francesco di Lionessa, altro compagno ch'entrò con noi in Cina, serve nell'istesso posto l'Illmo e Revmo Mgr vescovo

---

[4] V. supra ep. ad P. Eugenium provincialem 28 oct. 1687. Ep. P. Antonio data deperdita videtur.

[5] Prov. *Chekiang*, *Hukwang*, *Kweichow* et *Szechwan*.

[6] Provicarius, Cantone mense apr. vel maio 1685 nominatus; desunt tamen litterae patentes.

[7] D. Della Chiesa per dispensationem a iuramento regulares hispanos in sinensi missione conservaverat.

Basilitano domenicano cino[8], che tiene e più provincie[9] e molte più christianità a suo conto. Siamo tutti et amati e ben visti da tutti questi missionarii antichi, che sono Gesuiti, Domenicani, Agostiniani e nostri Scalzi di Spagna. I primi in particolare ci portano in palma di mano. Gratie al Signore, la missione hora corre con molta facilità, non essendo quasi niuno di 60 missionarii[10] che non racolga centuplicato frutto dalla vigna incaricatagli annualmente; et ben molti la doppiano, e molto più. Il detto mio compagno[11] quì in *Xanghai*, dove è la cristianità più numerosa, presisi a suo cargo li battesmi, in meno di tre anni ne battezzò tre mille. Per altro, non ci mancano croci. Voglia il Signore ci servano per aumento di merito.

5. Ben diversamente è passata la cosa in Siam; del qual regno quì voglio dire qualche cosa delle triste novelle, che di là ci son venute. Ben sapranno l'affetto che quel re gentile[12] c'haveva preso; quale finalmente era gionto a tale che – l'anno precedente alla tragedia – c'haveva dichiarati tutti tre[13] suoi missionarii, assignatici annualmente 500 reali da otto[14], e ciò per agenza del Sig. Costantino Geracchi, cefalonioto, descendente da padre venetiano, che governava tutto quel regno[15] et c'era molto affettionato. Or successe che per difender il regno dagl'olandesi[16] e farlo cristiano, s'ottenne dal re cristianissimo soldatesca e missionarii gesuiti[17]. Alla soldatesca furon date da

---

[8] D. Greg. López, vic. ap. Nankinensis a. 1685-91, statim post suam consecrationem episcopalem Cantone 8 apr. 1685 habitam, P. Io. Franciscum Nicolai in suum assumpsit provicarium.

[9] Vicariatus Nankinensis enim sese extendebat ad prov. *Kiangnan, Hopeh, Honan, Shansi, Shantung, Shensi* atque ad Tartariam et Coream, v. breve *Super cathedram* 4 ian. 1674, in *Bull. Pontif.*, I, 218-20.

[10] V. elenchum regularium hisp. a. 1689 in Sinis, in *SF V*, 184-87; aderant insuper in sinensi missione D. Della Chiesa cum duobus OFM italis, sex sacerdotes MEP, quinque SI galli, atque patres SI prov. Iaponiae et vice-provinciae.

[11] P. Io. Franc. Nicolai,

[12] Phra Narai, Siami rex a. 1657-88.

[13] D. Della Chiesa et PP. Brollo et Nicolai.

[14] V. etiam testimonium Dni Della Chiesa, in *SF V*, 245, num. 4.

[15] Constantinus Geracchi seu Phaulkon, biogr. in *SF III*, 756, n. 7; v. etiam infra ep. Morelli 20 sept. 1686, num. 28; Pallegoix, *Description du royaume Thai*, II, 368-407.

[16] Hollandenses qui a. 1664 plura privilegia vi extorserant, v. Launay, *Hist. gén.*, I, 341.

[17] V. supra ep. 1 febr. 1689, n. 4.

guardare due fortezze, che sono le due porte del regno: una a ponente, nomata Merghin[18], tra Malaca e Pegù; l'altra al mezzo dì[19], in mezzo al fiume che dal porto conduce alla città metropoli di Siam[20].

6. Con ciò le cose della religione andavano con gran fervore, il che molto discontentò i sacerdoti degl'idoli[21], disseminandosi per il regno che tutti havevano a farsi cristiani per forza, a fine di causar sollevatione; al che molto conferì l'affetto, che agli europei mostrava il re; et le chiese che di nuovo si edificavano, dando il detto signore grandi essempii di pietà cristiana, particolarmente in una chiesa da lui eretta, contigua al suo palazzo[22], in cui la settimana santa si praticarono gli essercitii più devoti, che si vedono nelle città cristiane. Posto questo principio di religione, s'aggiunse un'altro d'interesse di stato. Era molto tempo che i magnati del regno invidiavano la potenza del detto Sig. Constantino; viste poi europee soldatesche in poter delle sue fortezze, finirono di concludere ch'il regno doveva cadere in mano di stranieri; onde formarono un'occulta congiura, sollevando in tutte le parti la plebe[23].

7. E infermatosi il re circa aprile e maggio dell'anno passato 1688, con questa occasione un collactaneo del re, generale dell'armi[24], si fece capo di ribelli; s'impossessò del palazzo, pose guardie al re, gl'amazzò un suo figlio addottivo et fece prigione il Sig. Constantino, qual doppo 6 settimane di tormenti fece crudelmente morire[25]. Morse finalmente il re[26], infelice che nè meno c'ha lasciato potere di raccomandarlo al Signore, doppo tanti benefitii co' quali c'obligò. Et il presidio francese fu costretto a ritirarsi[27]. Circa di che, essendo successo qualche disordine, ben tosto lo pagarono et anco lo pagano i missionarii, poichè

---

[18] Mergui.
[19] Bangkok.
[20] Ayuthia.
[21] V. Pallegoix, *Description du royaume Thai*, II, 168-80; et infra ep. Morelli 2 apr. 1688, num. 24-25.
[22] Pallegoix, cit., II, 168.
[23] Circa varias turbationum causas, v. Launay, *Hist. gén.*, I, 341; Pallegoix, cit., II, 175 ss.
[24] Pra Petraja mense maio 1688 insurrectionem fecit, v. Launay, cit., 343-46.
[25] D. Phaulkon 5 iunii 1688 occisus est, v. Pallegoix, cit., II, 405-07; Hutchinson, *Adventurers in Siam*, 132.
[26] Phra Narai die 11 iulii obiit, ib., 8, 40 ss.
[27] In urbem Pondichéry confugerunt.

col'Illmo Mgr vescovo di Mettelopoli[28] furono tutti presi, caricati di catene et vessati dall'insolenze di que' barbari. Tra essi, penso s'attrovi il nostro compagno, il P. Angelo d'Albano[29], ch'ivi faceva il missionario.

8. In tal stato s'attrovano ancora, se non che per agenza d'un buon sacerdote portughese[30], al sig. vescovo furon levate le catene e datagli per carcere una picciola casupola, dove con tre de' suoi missionarii può consolarsi con dire la S. Messa. Cio ch'habbia a succedere, Dio lo sa. Li parenti del Sig. Constanzo furono tutti presi e fatti schiavi. La sua povera moglie, nata in Siam di padri giapponi[31], s'è portata con straordinario valore, soffrendo gravi tormenti in difesa della religione et onestà. Hora, con un picciolo figlio, sta schiava nel palazzo del nuovo re; qual per stabilirsi, fece ammazzar ancora i due prencipi, fratelli del re defonto. Si susurra però che uno se ne sia fugito e faccia arme per ricuperar il suo regno. La divina Providenza, ch'il tutto governa, saprà ancor da ciò trarne la sua gloria. Per quanto apparisce a' nostri occhi, è perdita questa molto lacrimabile, essendosi chiusa a' missionarii la porta più franca ch'havevano per le missioni di Cocincina, Tunkino e China[32].

9. Pare con tutto che il buon Signore voglia compensarcela per altra parte, poichè quest'anno istesso si son conclusi trattati di pace tra quest'imperatore et il moscovita[33]; e speramo che annualmente

---

[28] D. Lud. Laneau MEP, episc. tit. Metellopol., vic. ap. Siami. Circa eius et missionariorum sortem in hac siamensi insurrectione, v. Pallegoix, *Description du royaume Thai*, II, 181-94; infra, ep. Morelli 19 nov. 1689, num. 1.

[29] OFM ital., socius itineris Dni Della Chiesa ac patrum Brollo, Nicolai et Morelli, biogr. supra in ep. Della Chiesa 15 dec. 1681, n. 4. – P. Angelus mense nov. 1688 captus est; iam mense ian. 1689 liberatus, se contulit in Pondichéry, ut exinde novam missionem in insulis Nicobar aperiret, v. Pistoia, *Il P. Angelo di Albano*, 136-39.

[30] Verisimiliter D. Petrus de Arzilla, sacerdos e Manila oriundus, missionarius in regno siamensi, v. *SF III*, 762; vel etiam D. Franc. Pérez, lusitanus in India natus, postea vic. ap. Cocincinae, v. *SF V*, 233.

[31] Dna Guimar, uxor Dni Phaulkon, catholica iaponica in Siamo nata, qui una cum filio et parentibus multa pati debuit, v. *SF III*, 762, 764-65; Pallegoix, *Description du royaume Thai*, II, 378, 403-05.

[32] V. *Relación del caso de Siam*, a P. Augustino a S. Paschali factam, ed. in *SF III*, 755-68.

[33] Foedus cum russis in urbe Nertchinsk initum, Pekino 5 sept. 1689 publicatum est, v. testimonium patris Maldonado SI in *SF V*, 208, n. 8. V. etiam auctores ib., n. 10 citatos; Hummel, *Eminent Chinese*, II, 665.

veranno alla corte carovane di mercanti moscoviti, con che potranno venire ancora i missionarii. L'ultima città de' moscoviti, confinante con le terre tartare di quest'imperatore di Cina, si chiama Nipcha[34]. Nè dista più di 260 leghe da questa corte, camino che han fatto in un mese e mezzo gl'ambasciatori che furono a concludere la pace[35]; et se non sono giunti, non puonno esser molto lontani dalla corte[36]; et il corriero ch'ha portata la nuova l'ha fatto in 10 giorni. Sarebbe molto desiderabile s'aprisse questo camino, ch'aprirebbe la porta alle missioni di tutte le Tartarie e della Cina istessa per terra, potendosi per questa via in un sol anno aver le risposte da costì; dov'hora bisogna aspettarle 4 anni, e non bastano per ordinario.

10. Non voglio esser più longo. Supplico V. P. M. R. rimetter l'acclusa a mio padre[37] e avisarlo che a lei mandi la risposta; qual mi farà gratia mandar a Roma e farla consegnare al Sig. Ant. Nicolai, fratello del mio compagno[38], che ha il camino sicuro per queste parti. Di nuovo saluto *in Domino* e cordialmente riverisco tutti li revdi padri e fratelli di cotesta S. Provincia. E pregandoli dal Signore un spirito tutto serafico, li supplico non si scordar di me ne' suoi S. Sacrificii et orationi. Son et sarò *ex animo*.

[*P. S.*] Riceva V. P. mille cordiali saluti dal nostro Illmo vescovo e dal P. Gio. Francesco di Lionessa[39], che ora semo tutti assieme.

---

[34] Nipchou, alias Nertchinsk.

[35] Legati sinenses atque PP. Thom. Pereira et Io. Gerbillon, interpretes, v. *SF V*, 151-52, num. 1 et n. 3 et 4; 208-09, nn. 8-10; Hummel, cit., II, 665.

[36] Pekinum 18 oct. 1689 pervenerunt, v. Hummel, cit., 665.

[37] V. ep. seq.

[38] P. Io. Franc. Nicolai.

[39] D. Della Chiesa et P. Nicolai.

LXXXI

EPISTOLA AD D. VALERIUM BROLLO[40], SHANGHAI 28 OCTOBRIS 1689.

Mss. non servatur. Edita est in *Giard. seraf.*, I, 134-36.

1. Eccomi, grazie al Signore, ancor vivo e sano, benchè già non più mi ravisi di che nazione io mi sia. Chi legerà mie lettere italiane, che sono molto poche, mi conoscerà per tale; chi m'udirà a parlare *inter domesticos*, non saprà s'io sia, o spagnolo, o portughese, o italiano, che tutto lo mistura assieme. Parli come mi voglia, non potrà V. S. non intendermi, che l'affetto paterno sente e percipisse il suono di più mal articolati accenti; e meglio mi farà conoscere questi che non farebbe la persona stessa, qual non servirebbe che a moverli le risa: così sono *mutatus ab illo*, con barba prolissima, in cui già cominciano apparir le nevi; e ridicolo vestito di tartaro e china, che per le publiche strade mi tirarebbero addosso le pietrate i fanciulli. Piaccia all'infinita bontà sì assistermi, che in questa comedia possa – col ben fare le mie parti – incontrar l'aggrado di quel buon Signore, che per tante vie incamina i suoi alle felicità *ab aeterno* preparate.

2. Doppo l'ultima che l'anno passato scrissi di Nanking[41], risarcitomi dell'infirmità ben longa di disenteria, fui col nostro Illmo Sig. vescovo d'Argoli – vicario apostolico di 4 provincie, che sono 4 grandissimi regni, a cui servo di secretario e provicario generale[42], e che caramente la saluta con miei fratelli – fui, dissi, alla provincia di *Hukuang* per visitar quelle cristianità[43]. Il Signore du servito darci un poco da meritare, incontrando tempi di ribellioni e tumulti, che ci constrinsero quasi inutilmente fare e rifare ben 800 miglia nel spazio di 4 mesi. Nel camino s'incontrammo una notte, con circa 200 altre barche di passaggio, ad ancorare in mezzo a due isole in una gran

---

[40] Pater P. Basilii.

[41] Haec ep. deperdita videtur.

[42] V. ep. praec., num. 2.

[43] D. Della Chiesa et P. Basilius Nankino 18 febr. 1689 profecti sunt, in prov. *Hukwang* descendentes: *Wuchang*, in huius prov. metropolim, 6 martii pervenerunt, v. supra ep. 1 maii 1689, n. 16.

laguna[44]; vennero i ladroni e assalita la squadra dalla parte a noi più remota, rubarono 60 barche, levandoli fin l'ancora di ferro, senza a noi disturbar punto i nostri sonni; nè lo sapemmo, se non per il racconto de' poveri rubati. Ne sian grazie al Signore che si compiacque liberarci.

3. Così rivenimo a queste parti[45] per dispaziar le lettere per Europa. Mentre non ho cura di chiesa particolare, non ho molta occasione d'attendere immediate alle conversioni e battesimi. Quest'anno m'è stato il più sterile ch'abbia avuto fin'ora, non passando 30 quelli ch'in *Hukuang* da me riceverono il S. Battesimo. Grazie al Signore, che almeno non sono totalmente inutile. La messe in questo vastissimo imperio è copiosissima, ancorchè dentro tanta infinità di gente apena apparisca. Raro è quel missionario, che non conti almeno cento annui battesmi; e molti scaperanno 2, 3, 4, 5, 6 e 7 cento. Causa veramente estrema compassione veder città con più millioni d'anime e apena potervi dentro numerare poche decine de' cristiani. Dio ci proveda per sua pietà.

4. Maggior motivo di compassione c'han dato le nove, venuteci dal regno di Siam. Quel povero re[46], sì gran nostro benefattore, che ci manteneva e c'aveva dichiarati suoi missionari, deputatoci per il Sig. vescovo e noi due suoi compagni 500 reali da otto all'anno, morì e morì infedele, non lasciandoci nè meno la consolazione di poterci mostrar grati, col raccomandarlo al Signore. Mentre stava infermo, il capitan generale del suo regno apertamente si sollevò, pigliò l'armi, pose guardie al re et all'altro nostro benefattore, il Sig. Cost. Gerachi[47], che era il primo ministro; fu preso e, doppo sei settimane di tortura e tormenti, fu sacrificato al furore di quel ribelle. Ancorchè questa perdita sia di sommo pregiudizio a tutte queste missioni orientali in commune, e alla nostra in particolare che correva a suo conto, molto ci disconsola, essendo che – per aver avuto nella sua morte gran parte gl'interessi della religione – si può sperar che dal regno

---

[44] In lacu *Tung-t'ing-hu*, v. *SF V*, 178, num. 3.

[45] D. Della Chiesa et P. Basilius in *Shanghai* apud D. López 17 iulii 1689 pervenerunt, v. supra ep. 4 oct. 1689, n. 2.

[46] Phra Narai, Siami rex.

[47] D. Constantinus Phaulkon.

temporale, qual egli tutto amministrava, abbia fatto un felice passagio all'eterno. Sua moglie è sì buona e santa giappona, che s'è portata d'amazone ne' più crudi travagli e tormenti, con un suo picciolo figlio. Move a pietà, ridotta ad esser schiava di chi prima avria ambito servirla[48]. Dio gli assista che spero – se ben con martirio più longo, già gloriosa confessora di Cristo – non perderà quell'invidiabil corona.

5. Doppo questo tragico successo, le cose della religione subito cominciarono a precipitare. Li soldati francesi che presidiavano due fortezze del regno[49] furono costretti a partirsi. Li missionarii coll'illmo Mgr vescovo vic. ap.[50], tutti furono presi e posti in catene e ceppi, con moltissimi strapazzi. Un nostro compagno che ivi lasciammo[51], credo abbia incorso l'istessa fortuna. Le chiese furono profanate e date a' sacerdoti d'idoli. Quali non ardendo o temendo impossessarsi, si deputarono per magazeni communi[52].

6. Basti in questo proposito, che m'interrompe l'allargarmi un desiderio ben vivo che N. S. conceda a V. S. la grazia di non morire, prima che altri di me stesso gli raccontino simili historie! O. come morirei contento e felice! M'aggiuti con sue orazioni per ottenere, et a sè et a me, una santa felicità. Abbraccio cordialmente miei amati fratelli, a' quali tutti et al buon vecchio sig. zio[53] – se già Dio non se l'ha raccolto – sia questa commune. Dio gli prosperi, benedica e feliciti in questa e nell'altra vita, Amen.

---

[48] V. ep. praec., num. 5-8.
[49] Mergui et Bangkok.
[50] D. Lud. Laneau.
[51] P. Angelus de Albano.
[52] V. ep. praec., num 7; *SF III*, 755-68.
[53] D. Andreas Brollo, sacerdos saecularis.

LXXXII

EPISTOLA AD REVMUM CAR. MAIGROT[1], SHANGHAI 18 NOVEMBRIS 1689.

Transumptum autogr. in *APF SR Congr. 5*, 475v.

1. Epistola D. V. Revmae[2] attente legi, quibus quid respondeam non habeo nisi ut me in totum Illmi D. Argolicensis epistolae[3] subscribam. Quod D. V. Revmae molestus fuerim summe displicet, coeterisque ei adversis nunquam non tristatus sum, de quo plures quibus cum agere contigit testimonium perhibere possunt. Nec quidquam me in D. Vestram egisse quod, attentis omnibus circumstantiis, mihi factum esse iure conqueri possem mihi conscius sum.

2. Ideo cum gratiarum actione monitionem qua me dignata est recipio, curaturus in futurum ne verborum acerbitate et asperitate vel D. V. Revmae vel alicuique molestiam inferam. Sique *propter me tempestas haec*[4] orta est, me tolli et mitti in mari, ut coeteri iactare desinant, lubens patiar. Unum hac de re solatium superest: quod scil. aliquando – Deo dante – futurum spero, ut alter alteri gratulaturi simus quod ad amici coronam fabricandam vel nolentes operam nostram uterque impenderimus.

3. Utinam id consequi liceat, quod ego pro D. V. Revma quotidie precor. Id pro sua charitate rogo pro me precari dignetur D. V., quam aeternum cum sociis omnibus valere desidero.

---

[1] MEP gallus, vicarius ap. prov. *Fukien* a. 1687 nominatus.
[2] Ep. Dni Maigrot 2 nov. 1689, v. infra ep. 17 ian. 1690, num. 1; app. Brollo, num. 40.
[3] Dni Della Chiesa ep. 17 nov. 1689, summarium ed. in *SF V*, 211.
[4] Ionas 1, 12: *Tollite me et mittite in mare, et cessabit mare a vobis; scio enim ego quoniam propter me tempestas haec grandis venit super vos.*

LXXXIII

ADNOTATIONES SUPER RESPONSIS REVMI CAR. MAIGROT, SHANGHAI 21 NOVEMBRIS 1689.

Autogr. in *APF SR Congr. 5*, 476r-v.

Revmus D. Car. Maigrot, provicarius *Fokiensis* etc., epistolam dedit ad Illmum D. Argolicensem[5] in qua, conquestus plurimis me mendaciis pastoralem eius epistolam[6] accusasse, petiit ut me iuberet de iis rationem reddere. Licet me olim unicum, vel ad summum duo capita, exagerasse meminerim[7], ut tamen pluralitati illi aliquo pacto satisfacerem, sex capita collegi quae rei veritati non conformia mihi visa sunt[8]. Quibus propositis, D. Maigrot praecedentem reddidit epistolam, qua cum se purgasse per omnia credat[9]; propositis tamen non undequaque satisfacere mihi videtur. Ideo ad singula capita habeo quod reponam:

Ad *primum*. Epistolae ad D. Maigrot datae ei Illmi Domini mentem aperiunt[10], quae talis erat ut vel praeceptis missionarios ad non otiandum cogendos arbitraretur; ast in litteris quae hac de re ad religiosos datae sunt, nunquam praecepti vocabulo usus est[11].

Ad *secundum*. Omnia eius supposita et authoritates lubens concedo, quibus tamen nil contra assertum concluditur:

Non 1ª, quia si tali lege non obligantur, non fuisset necessaria permissio, consilium seu iussio ut administrare possent, sine quibus tamen administrare ausi sunt.

---

[5] Dni Maigrot ep. 28 maii 1689, a Dno Della Chiesa *Wuchang* in prov. *Hukwang* 16 iunii 1689 recepta, v. *SF V*, 178-80; 193, num. 10.

[6] Dni Maigrot circularis ep., *Kanchow* in prov. *Kiangsi* 9 oct. 1685 data, textus in *SF III*, 679-99, ad calcem pag.

[7] V. supra ep. 28 iunii 1689, num. 3 et 5.

[8] ib., num. 4.

[9] Dni Maigrot ep. ad P. Basilium 24 aug. 1689, textus in *APF SR Congr. 5*, 386-387, v. infra app. Brollo, num. 38.

[10] Dni Della Chiesa ep. ad D. Maigrot 16 et 28 iunii ac 13 aug. 1689, v. *SF V*, 178-83.

[11] V. gr. litterae ad P. Estevan 4 febr. 1685: *Rogamus, etiam atque etiam flagitamus ut pro amore Dei ne id recuset*, etc., v. *SF V*, 102, num. 3.

Non 2ª, quia eo ipso quod per appellationem legis obligatio suspensa asseritur, independenter ab appellatione vim suam habere censetur.

Non 3ª, quia quod ex D. Thoma l. 2, q. 96, a. 6 asseruit, nonnisi conformiter ad mentem S. Doctoris ibidem explicatam[12] intelligi voluit. Subdit enim S. Doctor, non cuiusque sed principum, quando adsunt, esse interpretari quid sit utile, quid non; iique propter hoc habent authoritatem dispensandi. Haec autem authoritas etiam inferioribus respectu legis a superiore latae competit ex communi sententia, imprimisque eiusdem D. Thomae q. 97[13], a. 4; Abelli, *De legibus*, sect. 6, n. 4[14]; Marcantii, t. 3 *de matrimonio*, tit. 9[15]. Hac ergo de causa adduxit Illmus Argolicensis dictam authoritatem ut per eam moveretur vicarius apostolicus ad utendum sua authoritate in commodum missionis, non missionariorum.

Non 4ª, quia si permissio – non quidem pure negativa sed positiva, ut ex facto constat: non enim regulares administrassent nisi facultates concessisset Illmus Argolicensis – necessaria est ut eximantur a lege, ergo independenter a permissione non sunt exempti.

Non 5ª, discrimen enim quod statuitur inter Societatis et aliorum Ordinum missionarios, non id est quod illos obliget, hos non; sed quod ad cum istis in commune bonum maiori indulgentia utendum fundamentum ministret.

Quod vero de me asserit, credo quod non bene meminerit. Verum est me aliquando, referendo quae a pp. missionariis audiveram, *Sanctam C.* scil. *velle potius ut missiones relinquantur quam iuramentum a missionariis non emitteretur*[16], dixisse: *Sanctam C. procul dubio existimasse ex habitis relationibus patres nolle sibi oboedire, ideoque ecclesias*

---

[12] S. Thomas, *Opera omnia*, ed. Leonina, VII, 187; v. supra ep. ad D. Laneau exeunte a. 1685, n. 98.

[13] S. Thomas, cit., 192; haec doctrina clarius adhuc explicatur in commentario Card. Caietani, ib.

[14] D. Lud. Abelly (1604-91), qui a. 1651 Parisiis primo edidit opus *Medulla theologica*, v. H. Hurter, *Nomenclator litterarius theologiae catholicae*, Oeniponte 1910, IV, 602-03.

[15] Petrus Marchant (1585-1661) OFM belga, *Tribunal sacramentale et visibile animarum*, Gandavi 1643-50, v. Hurter, cit., III, 1202-04.

[16] Hic textus revera adest in S. C. decreto 31 maii 1680, v. *SF V*, 64, n. 8.

schismaticas nutrire; quapropter si iurare recusarent a missionibus amovendos censuit. Ast quidquid sit de hoc, nil concludit, non enim sequitur: ergo Sancta C. patres Societatis et non alios obligavit.

Coetera fundamenta ex epistolis desumpta nihil amplius probant nisi Illmi Argolicensis mentem fuisse ut, ad removenda missioni imminentia damna, vicarius ap. cum illis missionariis – non in eorum sed in missionis favorem – sua authoritate uteretur, quam in casibus urgentioribus, quando difficilis ad superiores est recursus, et inferiores exercere posse docet communis theologorum sententia. Postremum assertum ex duabus litteris patrum Societatis desumptum omnino negatur, quod per attestationem eiusdem P. Irigoien[17] – si eius responsa recipere liceat – innotescet.

Ad *tertium*. Valde stupeo D. Maigrot sic subterfugere. Non enim is est qui difficultatis cardinem non attingat, quae etiam non in litteris quibus respondet solum, sed multo clarius ei per publicam scripturam Cantone a. 1685 fuit declarata. Non enim praetendit Illmus Argolicensis iurisdictionem in vim bullarum quae non apparuerunt, sed in vim bullae *Illis quae ad felicem*[18] quam prae manibus habet, sibi omnium australium provinciarum – olim Illmo Heliopolitano attributarum[19] – administrationem deberi opinatur. Si id Dno Maigrot non placet, cur directe non respondet ut eius sententiae veritatem concipere possimus?

Ad *quartum*. Petit principium, nec facit ad rem. Ego vero ut quod laborem insumam, ut theologorum suffragia requiram pro defensione sententiae quae mihi nunquam in mentem venit? Semper enim asserui quae egit D. Argolicensis, ea non ut ab Illmo Heliopolitano, sed immediate a S. Sede delegatum[20] egisse.

Ad *quintum*. Quidquid Illmus Heliopolitanus arbitratus sit, veritas est nos 4 absque ullo praecepto sed propria sponte in Europa iuramentum emisisse[21]. Fieri potest id quidem voluisse Sanctam C., sed

[17] P. Io. de Yrigoyen, SI hispanus, missionarius in Sinis a. 1678-85, biogr. in *SF IV*, XXXIX, n. 9.

[18] Breve 16 martii 1682, textus ed. in *SF V*, XLI, n. 6.

[19] D. Franc. Pallu, episc. tit. Heliopol., vic. ap. novem provinciarum meridionalium.

[20] I. e. ut vicarius ap.

[21] P. Angelus de Albano et PP. Brollo, Morelli et Nicolai, v. supra ep. 28 iunii 1689, num. 9.

spontanea iuramenti emissione praeventam, nobis suam mentem Illmo Dno[22] cognitam non significasse.

Ad *sextum*. Sufficienter respondet in sua epistola Illmus Argolicensis[23]. Cumque – ex aliquo defectu apostolicas litteras[24] quas prae manibus habebat Illmus Argolicensis – non posse effectum sortiri constantissime hucusque asserat D. Maigrot, cur conqueritur si ex defectu etiam Illmi Heliopolitani litteras[25] effectum habere non posse iudicatum sit? Quoniam vero praecipua difficultas versatur circa illas litteras quas epistolam appellari et quibus de facta distributione Illmum Argolicensem monitum praetendit[26], ut res innotescat, earum litterarum exemplum de verbo ad verbum quam fidelissime hic transcribam:

« Franciscus, Dei et S. Sedis Ap. gratia episc. Heliopolitanus[27] etc., Illmo ac Revmo episc. Argolicensi salutem etc.

Cum ea sit provinciarum nostrae sollicitudini ab Ap. Sede commissarum amplitudo, ut unus idemque iis omnibus praeesse non possit, hinc est quod D. V. Illmam quam provicarium nostrum iam olim constituimus, curam suam ad 5 dumtaxat provincias sibi invicem vicinas concludendam esse duximus, videlicet ad *Quangtung*, *Quangsi*, *Suchuen*, *Yunan* et *Kueicheu*, quas ut D. V. Illma post obitum nostrum, donec aliter ab Ap. Sede statutum fuerit, regat vicesque nostras in omnibus suppleat rogamus et statuimus, minime dubitantes quin in illis vastissimis provinciis habeat D. V. Illma ubi zelum et sollicitudinem impendat.

Datum in pago de *Moyang*[28] 17 iulii 1684.

Franciscus, episc. Heliopolitanus, vicarius ap. Fokiensis etc. »

locus cerae, non sigilli.

De his litteris ego asserui:

1) quod non sunt epistolae nec litterae missivae quibus de facta distributione D. Argolicensis moneatur, quod in sua pastorali asserit D. Maigrot[29];

---

[22] Dno Fr. Pallu.

[23] V. ep. Dni Della Chiesa 17 nov. 1689 Dno Maigrot datam, summarium in *SF V*, 211.

[24] Breve *Illis quae ad felicem*, quo divisionem vicariatus Fukiensis decretatur, sed sine ulla specificatione provinciarum, v. *SF V*, XLI-II.

[25] Litterae patentes ad D. Maigrot 23 et 24 iulii 1684, v. infra app. Brollo, num. 10, 11 et 18.

[26] V. supra ep. 28 iunii 1689, num. 13-15.

[27] D. Fr. Pallu.

[28] *Mu-yang*, missio OP hisp. in prov. *Fukien*.

[29] V. textum in *SF III*, 681, n. 1.

2) has potius innuere Illmi Heliopolitani conceptum quam partum, i. e. non constat an Illmus Heliopolitanus sic eas scripserit ut vellet executioni mandari[30].

In quo conceptu quo magis eas specto, eo magis confirmor. Quod enim non sint epistolae seu litterae missivae, ex eo patet quod Illmus Heliopolitanus alias litteras – e quibus nunc binae solum prae manibus sunt – secundum recentiorum consuetudinem scribere solebat, non praeposito scil. scribentis nomine; et huius forma in totum respondeat litteris patentibus quas superiores dare solent, ut et sigilli locus. Quod autem per eas non moneatur de facta distributione proprie loquendo, legenti patet: nulla enim ibi distributio, sed sola facultatum prius concessarum restrictio quoad loca includitur.

Secundum assertum egregie confirmatur per ly *D. V. Illmam... curam suam concludendam esse duximus*, quod Illmus Dnus[31], si mature aliquantulum rem considerasset, nunquam scripsisset. Non enim ignorantiam, quam aliae eius litterae et sat spectata viri doctrina excludunt, sed simplicem inadvertentiam et informem conceptum evincunt haec verba. Insuper et recipiens folium, dimidium scil. et simplex, tale non est quod episcopo[32] Illmus Heliopolitanus mittere voluisset; cum alio pacto aliisque caracteribus quas Revmo D. Maigrot dedit patentes litteras[33] exaravit.

Ex his evidenter concludi videtur tales litteras nonnisi postea exemplanda – si placuissent – informia adversaria[34] fuisse. Nec tamen inde Dnum Maigrot ut falsarium damnari posse sentio vel unquam sensi, tum quia habet suae institutionis litteras quae id refellunt, tum quia potuit Illmus Heliopolitanus morti proximus ex abundanti mandasse ut illaemet litterae mitterentur, licet tales non essent quae in foro externo solae per se fidem facere possent. De sigillo Illmus Argolicensis abunde in sua epistola[35]. Haec pro rei veritate dixi. Coetera charitati donans volens praetereo.

---

[30] V. supra ep. 28 iunii 1689, num. 15.

[31] D. Fr. Pallu.

[32] I. e. Dno Della Chiesa, episc. tit. Argolicensi.

[33] Litterae patentes 23 et 24 iulii 1684, quarum exemplar in debita forma conscriptum Dno Della Chiesa exhibitum est in civ. *Foochow* (*Fukien*) 26 iulii 1686, v. *SF V*, 123, n. 17.

[34] Adversaria, *gall.* brouillon.

[35] Ep. Dni Della Chiesa 17 nov. 1689, v. *SF V*, 211.

LXXXIV

EPISTOLA AD D. CAR. MAIGROT, SHANGHAI 17 IANUARII 1690.

Autogr. in *APF SR Congr. 5*, 448v, et in *B. Fabr.* 49.

1. Quas postremas D. V. Revmae 18 novembris litteras dedi[1], eae et postremis D. Vestrae 2 novembris ad me datis[2] respondent. Colla divinae Providentiae quae nos vel invitos in tales redegit angustias lubens submitto, coeteraque omnia eius divino beneplacito permitto. Particularibus Illmus Argolicensis respondet[3], quibus me ad unguem subscribo.

2. D. Vestrae ut et Dno Pin gratulor de vicariatu apostolico, Omnipotentem precatus apostolicum etiam spiritùm iis et nobis infundat, quo animati a ministerio et crucibus ad coronas apostolicas pervenire possimus. Id frigidis meis orationibus urgere nunquam cessabo nec cessavi. Utinam ardentioribus suis D. V. me dignetur, per quas eo potitus non *inveniar minus habens*[4]. Quidquid videatur in oppositum, sum et ero usque ad cineres.

LXXXV

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE[5] 5 IUNII 1690.

Transumptum autogr. in *APF SR Congr. 5*, 449v et in *B. Fabr.* 49; exemplar in *AME 400*, 303.

Episcopalis tribunalis secreta sub poena peccati mortalis prodi prohibentur. Unde D. V. Revmam rogo me excusatum habeat si eius votis satisfacere nequeam, credatque me non eum esse qui a D. V. timeri velim. Is enim solus timendus *qui potest et animam et corpus*

[1] V. supra ep. 18 nov. 1689.

[2] Dni Maigrot ep. 2 nov. 1689 P. Basilio data, v. infra app. Brollo, num. 39.

[3] V. supra ep. Della Chiesa 17 ian. 1690.

[4] Dan. 5, 27: *Appensus es in statera et inventus es minus habens.*

[5] D. Della Chiesa et P. Basilius, qui Cantone 22 nov. 1687 profecti erant, tandem in hanc metropolim 31 maii 1690 regressi sunt, v. ep. Dni López 28 aug. 1690, in *APF SR Congr. 5*, 635-38.

perdere in gehennam[6]. Cui totius causae iudicium committo et quem D. Vestrae sicut et mihi propitium semper et misericordem precor. Valeat in Domino.

LXXXVI

EPISTOLA AD P. FR. XAV. FILIPPUCCI[7], CANTONE 21 SEPTEMBRIS [1690].

Transumptum in *BRA 49-IV-65*, 325.

1. Per quanto può una passione di vendetta, dove tanto tempo me la passai in silentio, il veder rigettati due terzi di miei *kung ho*[8] per riservarli all'anno venturo, m'ha fatto pigliar la penna per richiederne competente sodisfattione. Forsi che in casa non si sariano trovati altri per ogni buona contingenza (?) e con [ciò] speculando più lontano, adesso studio quella parte della mathematica che insegna a scuoprir le macchie della luna e mirar le stelle inaccessibili all'occhio.

2. Questo m'insegnerà forsi a scuoprire un anno di lontananza e vedere se sarò condannato a far il fardo e no dare ma attirare tutti li *kung ho* della Cina. Quanto sin ad hora sta in discreto per poter venir all'esperienza, mi mancano vetri. Se V. P. M. R. per ventura havesse costì qualche pedazzo de spetocchino rotto, quanto più grosso tanto migliore, per poter con esso proveder li canocchiali, li pigliarò per una parte di sodisfattione, come che essendo senza macchia le sue buone intentioni, per quanti canocchiali si adoprino, non teme siano per apparire; io ben lo suppongo, con tutto vedremo gl'effetti.

3. Fra tanto non si pigli fastidio, che da tal servo, quale le sono io, non ha da temere vendetta che le disagradi. In confirmatione di che mi confermo pure.

---

[6] Matth. 10, 28: *Sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.*

[7] SI italus, visitator Sinarum a. 1688-91, tunc Macai residens.

[8] *Kung ho* = alicui gratulari.

LXXXVII

EPISTOLA AD ILLMUM OD. CIBO[1], CANTONE 20 OCTOBRIS 1690.

Autogr. in *APF SR Congr. 5*, 646.

1. Continuo il mio annuo tributo del debito ossequio a V. S. Illma, e per suo mezzo alla S. C. de P. F., con queste poche linee. Non scrivo molto, perchè nelle lettere dell'Illmo Sig. Argolicense[2] havrà abondantemente onde essercitar la patienza in legger impertinenze. Et io, come che son impiegato in servir *immediate* detto illmo signore, come il mio compagno il P. Fr. Gio. Francesco di Lionessa al Illmo Basilitano[3], non ho particolarità da scrivergli, fuori di ciò che lui stesso riferisce.

2. Una sol cosa di non poca importanza per le male consequenze la supplico, et è: sapere se son reo nella nota che il Sig. Maigrot m'impone di calunniatore, per haver riferito alla S. C. ciò che per semplice scarico di conscienza gl'insinuai[4]. Se sì, son prontissimo a pagar la pena, di cui mi stimi degno cotesta S. C.; se no, soffrirò in pace quel tutto che per esser fidel ministro di detta S. C., mi convenga tolerare, benchè fusse molto più pesato. Mi tratta in una sua il Sig. Maigrot, non solo come calunniatore di sua persona, ma che *fratres eius, viros integerrimos, fide et religione mihi non inferiores, tamquam sceleratos hic in China proscindam, et de gravissimis criminibus apud S. Sedem accusem*[5].

3. Se si pigli in buon senso quella parola *religione*, mi confesso ad ogn'altro inferiore. Con tutto, quantunque nulla a lui rispondessi per non fomentar torbidi, dichiaro a cotesta S. C. che, fuori di ciò che

---

[1] S. C. secretarius a. 1680-95.

[2] Dni Della Chiesa ep. eiusdem diei, ed. in *SF V*, 225-43.

[3] P. Io. Franc. Nicolai, socius et provicarius Dni Greg. López.

[4] V. supra ep. 6 oct. 1685, num. 29.

[5] Dni Maigrot ep. ad P. Basilium 12 apr. 1690: *Mihi R. V. atrocissimam calumniam clanculum affingit, meque ut de haeresi suspectum apud Sedem Ap. infamat; fratres meos, viros integerrimos, fide et religione R. V. non inferiores – qui, Deo benedicente, in terris longe dissitis evangelio operam navant – tanquam sceleratos hic in China proscindit, et ut nullam calumniandi occasionem praetermittat, de gravissimis criminibus apud Ap. Sedem accusat*, v. infra app. Brollo, num. 45.

4. Tunc scripsit quando, ex novis recenter allatis, non ignorabat plurimas haberi et habitas S. R. E. Cardinalium congregationes[9] super Ordinariorum et delegatorum[10] controversiis. Si delegati iam fuissent aboliti, quod, quaeso, opus fuisset et esset tot consultationibus ut eorum iura cum Ordinariorum iuribus in missionis profectum stabilirentur? Num et hos S. R. E. Cardinales monstro generando tot annis insudare sine temeritate quis immaginari potest?

5. Tunc scripsit quando nec nescire potuit Emum S. C. praefectum ad vicarios ap. a. 1695 litteras dedisse[11], quibus ad prosequenda apostolica ministeria animantur; lusitanos, apud S. Sedem conquerentes quod vicarii et missionarii ap. Ordinariorum iurisdictioni se subdere recusarent, nullum suis votis conformem responsum obtinuisse. Quod si vicarii ap. aboliti praesumerentur, nec facilius quid nec magis necessarium. Et quando tandem, nonne temere supponi potest eum plura intellexisse quae nec D. V. Illma, cum hoc anno romanas litteras non acceperit, cognoscere potuit?

6. Et tamen hoc tempore scripsit, in his circumstantiis scripsit quae potius eum permovere debuissent ut rationem iniret utramque – sine monstri periculo – iurisdictionem constabiliendi, quam ut ex utraque indebite connexa monstrum confingeret: cui fovendo et S. R. E. Cardinales et ipsemet supremus S. Ecclesiae Pontifex actualiter insudarent? Et hoc quidem solum, Illme Domine, totius illius epistolae vires omnes apud cordatum quemlibet infringere posse mihi videtur.

7. Nihilominus adhuc examinare lubet rationem qua incompatibilitatem delegatorum cum Ordinariis probat. Id in rebus moralibus, ait ipse, est incompatibile cum alio quod cum illo stare non potest sine iniustitia, vel turpitudine, vel magno praeiudicio totius communitatis vel boni communis. Ergo? Oh, si haec singula ad ammussim praesentis rerum status examinanda forent, in utriusque iurisdictionis incompatibilitatem ordinariam potius quam delegatam excludendam procul dubio concluderetur.

---

[9] V. brevem conspectum harum congregationum apud Mensaert, *L'établissement de la hiérarchie*, 388-93.

[10] I. e. vicariorum ap.

[11] D. Palutius degli Albertoni Altieri, card. praefectus S. C. a. 1671-98. Deest textus eius ep., quae agebat de confirmatione vicariorum ap. in Sinis, v. *SF V*, 361, n. 1.

8. Qui enim Ordinarii delegatis opponuntur? Nempe ii ipsi qui delegatos volunt exclusos et missioni inutiles, et sublatis delegatis non diu substituros supponunt: unus qui a pluribus annis suas bullas obtinere non potuit[12]; alter cui nec his primis annis necessaria subsidia assequi licuit[13]; tertius quem necessitate compulsum de sede deserenda cogitare[14] a fide dignis mihi relatum est. Et hi sunt in quorum gratiam delegati excludendi! Quibus delegatos superaddere iniustum est? Turpe est? Toti communitati perniciosum est? Bono communi contrarium est? Sed motos praestat componere fluctus. Malim auctorem urgere ut minorem subinferat.

9. Sed iniustum est, dicet, in locis iuris patronatus regii, sine patroni licentia, vel aliorum quam ab ipso deputatorum opera, ex daemonum mancipatu animas liberare, infideles in christianam libertatem vindicare, ad aeternam beatitudinem plures transmittere? Nego. Sed turpe est, post plenariam Ordinariis concessam iurisdictionem[15], suam adhuc in locis eis commissis Summum Pontificem conservare eamque quomodo et cui placuerit delegare, ut multitudinis necessitatibus – quibus Ordinarii vel si bicipites vel si centimani forent occurrere nequeunt – occurrat? Nego. Sed toti communitati perniciosum est quod plures et plures eorum saluti invigilent, quibus docendis, iuvandis, dirigendis etc. pauci non sufficiunt? Nego. Sed boni communi praeiudicat quod sub diversis capitibus plures ex orci faucibus eripiantur, S. Ecclesiae aggregentur, aeterna praemia consequentur? Nego, nego, nego.

10. Posita autem veritate illius maioris, ergo – subinfero ego – id in rebus moralibus est inseparabile ab alio quod non potest esse sine illo absque iniustitia vel turpitudine vel magno praeiudicio totius communitatis vel boni communis. Sed in praesenti rerum statu sic se habet iurisdictio ordinaria respectu delegatae, quae est ab illa inseparabilis. Ut minoris veritas appareat, demus quod auctor epistolae

---

[12] Ipse D. Della Chiesa qui, ab a. 1690 Pekinensis episc. renuntiatus, nondum bullam promotionis suae obtinere potuit.

[13] D. Io. de Cazal, Macaonensis episc., v. *SF V*, 374-75, num. 3.

[14] D. Alex. Ciceri, Nankinensis episc., qui necessitate coactus Macaum sese recipere cogitabat, ib.

[15] I. e. post bullas 10 apr. 1690, quibus regi Lusitaniae facultas delegatur totum sinicum imperium inter tres episcopos patronatus lusitani dividendi, v. *SF V*, 265.

contendit, solam ordinariam iurisdictionem persistere. Ecce statim regia praecepta quibus episcopi prohibentur quoscumque qui per Lusitaniam non transierint pro missionibus approbare[16]: quid magis communi bono et toti Sinarum communitati perniciosum? Ecce e missione expulsos qui pluribus annis, benedicente Domino, cum magno animarum lucro illam excoluerunt: quid magis iniustum? Ecce – tunc enim facile erit id assequi – vel Societatis patres quos Lusitania vel Roma non genuerit, suorum fratrum opera huc accedere prohibitos[17]: quid magis et turpe simul et iniustum et communi totique communitatis bono perniciosum?

11. Nec quis mihi obtundat – sicut facile in Europa contingere potest – somnia esse haec, temerarias suspiciones, malevolorum calumnias. Vix apparuerunt Ordinarii, adhuc persistunt delegati. Et tamen quae dixi toto conamine procurantur. Iam regiae litterae quod innui praecipientes in Sinas advenerunt[18]. Iam pro solis lusitanis et romanis in missione admittendis a ser. Lusitaniae regis secretario[19] preces porrectae, Emorumque cardinalium congregationes coactae sunt[20]. Quidquid sentiat Europa, qui missionis statum norunt non possunt non suspicari non de stabilienda, sed de sinensi missione perdenda serio in Europa tractari.

12. Ast num missionem perdere velit piissimus rex[21], cuius sicut et praedecessorum fidei catholicae in hoc Oriente propagandae zelum totus orbis miratur? Non haec somnior. Quae retuli pulchro regis nomine ornantur, sed ab iis qui pro rege supponunt attentantur. At

---

[16] Haec regia praecepta iam pervenerunt, v. ep. Petri II ad D. Della Chiesa 18 martii 1695, textus in *SF V*, 339, n. 6.

[17] Lusitaniae rex iam 19 martii 1690 proregi Goano mandavit ut solis lusitanis SI aditum ad Sinas permitteret: itali SI in Indiis retinendi sunt, textus in *AHU India 1690-92*. – Idem criterium applicatum est PP. Carmelitanis qui in India laborare cupiunt, v. ep. marchionis d'Alegrette ad Illmum Nicolini (nuntium ap.) 12 aug. 1690: *hão de ser daquelles que nascerão nas terras da Igreja, e não vassallos de outro algum principe secular, quer seja de Italia, quer fora della*, v. textum in *AV Nunt. Port. 46*, 162.

[18] V. inter alias ep. Petri II ad D. Della Chiesa 18 martii 1695, v. *SF V*, 338-39, num. 1 et n. 6.

[19] V. excerpta huius ep. 22 aug. 1695 in *SF V*, 369, num. 11.

[20] V. relationem D. Georgii Cornaro, nuntii ap. in Lusitania, discussam in congr. part. S. C. 14 ian. 1695, *APF Acta CC PP 1677-98*, 337-39.

[21] Petrus II, Lusitaniae rex a. 1667-1706.

enim missionem perdere velint qui eidem fundandae, promovendae, excolendae plurimis annis insudarunt? Nec hoc immaginer. Quae proposui flentibus, aegre patientibus nec impedire valentibus non paucis apostolicis viris in lucem prodeunt. Unde prodeunt? Ab iis qui lusitanam Maiestatem de his quae hic fiunt monent, quae facienda sunt suggerunt; quorum ut intentionem damnare non ausim, sic intentos effectus probari mihi crimini verterem.

13. Hi sunt quorum opera, non regis mandato, Pekinenses bullae detentae fuere[22]. Idem eiusdem regis ad D. V. Illmam litterae et supponunt et probant[23]. Hi sunt qui Pekinensem episcopum a sua ecclesia exulare et vel alio transferri[24], vel saltem in *Chingting-fu* sedem figere[25] e re sua arbitrantes, ut id regis opera fieret curarunt. Quod vero hi ipsi regi lusitanico suggesserint quod Sua Maiestas Summo Pontifici exposuit: vicarios ap. – et hos inter D. Vestram praecipue – ad Macaensem civitatem perdendam nullum non movisse et movere lapidem[26], id asserere non audeo; sed nullus alius occurrit qui tantam calumniam somniare et ad regem deferre potuerit.

14. Positis autem his paucis Societatis Iesu patribus qui hic pro rege supponunt, quorumque monitis et consiliis in rebus ad has missiones spectantibus Sua Maiestas unice inhaeret, quis non videt quam iniustum, quam turpe, quam bono communi perniciosum foret si res in eo stato collocarentur – ut epistolae auctor praetendit – in quo ipsi pro libito omnia agere, mutare, permiscere possint? Ast id Ordinarii non permittent! Libenter concedo, sed pati cogentur. Qui nunc tanto conatu Ordinariorum promovent iurisdictionem, et talem praetendunt ut nec delegatam pontificiam[27] compati queat, quare Ordinarii Pekinensis bullas detinuere? Nempe quia illum suis votis minime obsecuturum suspicati sunt.

---

[22] D. Della Chiesa, Pekinensis episc. ab a. 1690, qui solum 30 sept. 1699 bullam suae provisionis obtinuit; et quidem non a Lusitania, sed directe a S. Sede ei mandata est, v. *SF V*, 400, 402, 411ss.

[23] Litterae regiae 18 martii 1695 *episcopo Pekinensi* datae sunt; supponunt ergo eius bullas iam emanavisse et regium placet obtinuisse.

[24] Translatio Dni Della Chiesa ad ecclesiam de Malacca, ei a rege proposita, textus huius regiae ep. in *SF V*, 342, n. 1.

[25] Mandatum regium ut episc. Pekin. non Pekini sed in civ. *Chengting-fu* resideat, in eadem ep. datum, ib.

[26] Accusatio facta contra vicarios ap. in ep. secretarii regii, v. *SF V*, 369, num. 11.

[27] I. e. iurisdictio vicariorum ap.

15. Demus modo eos non suspicari tantum, sed oculis conspicere Ordinarios sibi non tantum non favere, sed etiam resistere: ipsosne patientur? Ad perseverandum in Sinis plus quam pontificiae bullae, regia subsidia sunt necessaria. Qui primo bullas detinere potuerunt, multo facilius poterunt subsidia impedire. Quibus sublatis, ecce Ordinarios necessitate coactos locum relinquere; et ecce tandem acephalam illam ecclesiam quam bicipitem ferre non poterant.

16. Haec pauca, pluribus omissis, suprascriptae epistolae auctori opponere libuit. Quaecumque autem scripsi, huiusmodi sunt ut in tota hac sinensi missione sat paucos arbitrer qui eius addere suum calculum non sint parati. Donec his se exsolvant qui delegatos oppugnant, in utramque aurem dormire potest D. V. Illma. Quae egit pro bono pacis, talia sunt ut quis eius patientiam et aequanimitatem mirari possit. Ast quod ad me attinet, verum fateor, D. Vestrae patientia ea ipsa est quae me ad impatientiam commovit, videntem quam ea abutantur [ii] quos per eam sibi magis conciliare debuisset. A Deo certe praemium recipiet, a quo feliciora precatus me in aevum protestor.

CV

EPISTOLA AD P. ANTONIUM DA SILVA[1], NANKINI 2 NOVEMBRIS 1697.

Autogr. in *APF SO CP 1701-03*, 183 r-v.

Cum in re tam gravi – qualis est validitas sacramentorum et obedientia debita constitutionibus apostolicis, ex quarum transgressione incurritur excommunicatio latae sententiae – nullus non summe sollicitus esse debeat, ne alios lucrifacere cogitantem se ipsum perdere contingat; Paternitasque V. iussu Illmi ac Revmi D. Nankinensis episcopi[2] a me petat ut scripto respondeam ad 3 quaesita quae gravissimam continent materiam, et in qua nonnisi perniciosissime erraretur, cum periculo incurrendi in plures censuras latae sententiae

[1] SI lusitanus, Dni Ciceri secretarius, missionarius in Sinis a. 1695-1725, biogr. in *SF V*, 367, n. 4. – P. Basilius respondit epistolae P. Silva 1 nov. 1697, textus in *APF SO CP 1701-03*, 183; v. infra app. Brollo, num. 57.

[2] D. Alex. Ciceri, episc. Nankin. a. 1694-1703.

ipsi etiam Summo Pontifici reservatas; rem mature ut licet perpensam, licet superiorum iudicio permittere potuissem, ut tamen Illmi D. episcopi et P. Vestrae votis quam maxime possum faciam satis, respondeo:

Ad primum. Nunquam dubitasse me nec dubitaturum unquam quod a Summo Pontifice in rebus tanti momenti fit non legitime factum esse; ideoque Illmum Nankinensem a tempore quo huc appulit[3] – abstrahendo ab omnibus controversiis – ut talem veneratus sum et veneror.

Ad *secundum.* Si mihi liberum foret Illmi D. Nankinensis episc. tam humaniter non semel oblatas facultates recipere, non is ego sum qui beneficia recipere onus reputem. Dum vero vix dubitari potest quin vicarii ap. subsistant, cum ad eos a. 1695 S. C. litteras dederit[4]; nec dubio locus est quin eadem S. C. velit suos missionarios eisdem subesse, cum a. 1693 – post erectos hos duos episcopatus[5] et bullas pro novis episcopis transmissas – ad has missiones remiserit meum quondam socium P. Fr. Io. Baptistam a Castro Novo[6] cum eodem antiquo praecepto ut missionarii facultates a vicariis ap. reciperet[7]; quid in hoc rerum statu liceat mihi, qui per decretum S. C. quo missionarius instituor[8] vicariis ap. subdor; et per solemne iuramentum quod antequam Venetiis discederem in manibus Illmi Argolicensis emisi[9], perque bullas – P. Vestrae et Illmo Dno episcopo non ignotae – ab Indiarum Ordinariis huiusmodi facultates recipere prohibeor, etiam sub poena excommunicationis latae sententiae ipsi Summo Pontifici reservatae[10]; P. Vestrae proemio quod tribus suis quaesitis praemisit absterritus, Illmi Dni episcopi prudenti iudicio permitto.

---

[3] D. Ciceri, consecrationis munere Macai recepto, Nankinum 25 iunii 1696 pervenit, v. *SF IV*, 565, num. 1; *SF V*, 348, num. 11.

[4] Ep. S. C. praefecti a. 1695, v. ep. praec., num. 5 et n. 11.

[5] Dioeceses Nankin. et Pekin., a. 1690 erectae.

[6] Morelli.

[7] V. infra inter ep. Morelli, declarationem suam 28 sept. 1695, num. 2.

[8] P. Basilius in congr. generali 6 aug. 1680 uti S. C. missionarius admissus est, v. *APF Acta CC GG 1680*, 50, 199-200.

[9] V. supra docum. Brollo num. 1: eius iuramentum Venetiis mense oct. 1680 emissum.

[10] Numerosae bullae, brevia et constitutiones ab a. 1659 in favorem vicariorum ap. datae, in quibus expresse et quam clarissime ab omnibus Indiarum Ordinariis eximuntur tam ipsi vicarii ap. quam eorum missionarii, v. Baudiment, *Fr. Pallu*, 59-68 et passim; Chappoulie, *Rome et les missions d'Indochine*, I, 260-62, 291-98 ss. – V. etiam breve Clementis X *Cum per litteras* 10 nov. 1673,

Ad *tertium*. Praeter Illmi episcopi ordinariam iurisdictionem, a qua sum exemptus, agnosco aliam a Summo Pontifice delegatam[11] cui volens nolens subdor, a quave qua missionarius totus pendeo. Quid vero in me possit Illmus Nankinensis episc., ipse novit. In absentia proprii vicarii[12], hic adest Illmus D. Argolicensis episc.[13], cum quo tractari possunt quae controvertuntur. Mihi subdito, in superiorum controversias me ingerere nullo pacto licere arbitror.

CVI

EPISTOLA AD EUNDEM[14], NANKINI 4 NOVEMBRIS 1697.

Ex. autogr. in *APF SO CP 1701-03*, 184 r-v. – In hoc transumpto, P. Basilius erronee annum 1698 pro a. 1697 apposuit.

1. Speciali meae in Illmum Nankinensem episc.[15] – quem non solum iis quae P. V. refert privilegiis ornatum, sed talem cuperem ut iisdem et alios condecorare posset – venerationi concessi longiores et clariores responsiones ad tria P. Vestrae quaesita[16].

2. Modo cum iterum urgear ut clarius ad primum respondeam, aliud addere nequeo quam quod ad tertium respondi: subditi non esse suorum superiorum controversiis sese ingerere[17]. Vicariis apostolicis subditus sum. Quod ipsi mihi faciendum significabunt, id promptissime exequar. Quod ad ordinariam iurisdictionem attinet, cum ab ea exemptus sim[18], a me quaerere inutile est.

---

quo gravissimis sub poenis nullum iurisdictionis exercitium permittitur episcopis ordinariis Indiarum extra dominium temporale Lusitaniae regum, textus in *Bull. Pontif.*, I, 186-87.

[11] Illam nempe vicariorum ap.

[12] P. Io. Franc. Nicolai, vic. ap. Nankinensis, iam in Europam profectus, v. supra ep. ad cardinales 7 nov. 1696, n. 1.

[13] D. Della Chiesa, quattuor prov. vicarius ap., administrator vicariatus Nankinensis, v. supra ep. Nicolai 6 nov. 1696.

[14] Responsum ad ep. patris Silva eodem die datam, textus in *APF SO CP 1701-03*, 184, v. infra app. Brollo, num. 58.

[15] D. Alex. Ciceri SI.

[16] Responsum P. Basilii ad tria quaesita, nomine Dni Ciceri a P. Silva ei proposita, v. ep. praec.

[17] V. ultimam sententiam ep. praec.

[18] V. ep. praec., ad tertium.

CVII

EPISTOLA AD EUNDEM[19], NANKINI 8 NOVEMBRIS 1697.

Exemplar autogr. in *APF SO CP 1701-03*, 185v-186.

1. Pues V. P. quere, deixadas as preguntas de estado, continuar com outras de amisade. Eu não quero faltar a seu desejo para não faltar a amisade que lhe professo; que não por serem alguns de pareceres contrarios devem ter contrarios corações. Escotista[20] sou, e tuve particular amisade com algun thomista sem por esso mudar nas opiniões. Se com tudo se pudiera ainda esperar alguna concordia de entendimiento, quem duda no fuera isso muito melhor?

2. Vamos pois a carta de V. P. No dudava eu no se me armarão laços com as perguntas que V. P. me fez; e para escapalos, no tuve outra necessidade si não de fallar a verdade. Se da isso V. P. quere tirar consequencias para si de censuras, está na sua liberdade; eu não me attrevo a tanto, nem quero façer juiço sobre os dos quaes no soy juez.

3. Discurre mais V. P. e, querendo que eu tamben faça as mesmas consequencias para mim, me pergunta como guardo eu meu juramento a cerca das bullas da erecção da Iglesia de Nanking[21], *Promotionis Episcopi cum tota sua plenaria iurisdictione*[22], *ad clerum*[23] etc. Salvo toto o respeito, veneração, e affeito que tuve e tendré sempre para

---

[19] Est P. Basilii responsum ad tertiam longioremque ep. patris Silva 7 nov. 1697 datae, textus in *APF SO CP 1701-03*, 184v-85v. V. infra app. Brollo, num. 59. Duae priores ep. patris Silva lingua latina conscriptae sunt; tertia vero in lingua lusitana, sicut et responsum P. Basilii.

[20] Scholae scotisticae assecla, i. e. sectator doctrinae scholasticae secundum mentem Doctoris subtilis, Ioannis Duns Scoti OFM.

[21] Bulla erectionis 10 apr. 1690, v. *SF V*, 265, n. 4.

[22] Bulla promotionis Dni Ciceri ad hanc ecclesiam Nankin. 25 ian. 1694, cuius textum non invenimus, v. *SF V*, 323, n. 1.

[23] Bulla Innocentii XII ad clerum Nankinensem, *Hodie ecclesiam de Nanking* 25 ian. 1694, textus in *BRA 49-V-23*, 4. – Hac occasione, ut mos est, prodierunt etiam bullae ad regem, ad archiepiscopum goanum, ad populum Nankinensem etc., eadem die datae. Solum bullam ad regem Petrum II datam invenimus, v. *SF V*, 323, n. 1.

o Illmo Sr. bispo de Nanking[24] respondo: na mesma forma na qual guardo as da erecção da iglesia de Braga[25], *Promotionis Archiepiscopi Ulissiponensis cum tota sua iurisdictione, ad clerum Matritensem* etc., e todas as demais que fueron dadas antes e depois do juramento feito, e se darão em futuro[26]. Nem quero examinalas, nem me intrometter nellas, nem impedilas etc.

4. Em quanto a obedecelas, por graça de Deos, espero não faltarei a todo quanto a mi me toccará. E com esso me salvo de sillas e caribdes[27], de minotauros e amphistenas[28]; que, a meu parecer, não tem outro ser do que lhes da hum entendimento que, querendo de dous cousas distantes façer huma só, levanta huma chimera. Nem tenho necessidade de outros medios para me salvar, sendo claras as bullas de exempção, preceito de subieção[29] etc., mas não a revogaçam[30]. O que posto, me ensina S. Thomas $2^a - 2^{ae}$, q. 120, art. 1 ad 3^m: *in dubiis non licet absque determinatione principis a verbis legis recedere*[31].

5. Como que por agora não estou para muitas escritturas, nem me es facil me explicar, como fuera mester em idioma *cuius usum non habeo*[32], esto basterá para reposta a de V. P., cuja amizade estimo como convem, e não faltarei a corespondencia que lhe devo. Deos guarde a V. P. como desejo.

---

[24] D. Alex. Ciceri SI.

[25] Augusta Bracarum, sedes primatialis Hispaniarum, in parte septemtrionali Lusitaniae sita.

[26] Aliis verbis, has bullas veneror, sed me non respiciunt.

[27] Scylla, promontiorum Calabriae; Charybdis vero, gurges contra illud positus. Sensus est: inter duo pericula aeque gravia stare.

[28] Minotaurus = monstrum fabulosum quod carnibus vescebatur humanis. Amphistenes = nomen genealogicum Lacaedemoniorum, causa eorum dementiae.

[29] Brevia in favorem vicariorum ap. edita, v. supra n. 10; S. C. decretum de iuramento subiectionis iisdem vicariis ap. 29 ian. 1680.

[30] Revocatio vicariorum ap., quae revera implicite videbatur contineri in bullis erectionis 10 apr. 1690, v. Mensaert, *L'établissement de la hiérarchie*, 383-86, 391-93.

[31] Apud S. Thomam, *Opera omnia*, ed. Leonina, IX, 468.

[32] 1 Reg. 17, 39: *Quia usum non habeo.*

CVIII

AUTHENTICA RECOGNITIO EPISTOLAE DNI DE LIONNE AD D. CICERI[33], NANKINI 17 NOVEMBRIS 1697.

Autogr. in *AME 412*, 228.

Hoc exemplar, sublatis illis quartae paginae verbis inter duas lineas inclusis – i. e. *No vino en pensamiento a los SSres de Cicé y Basset, nuestros compañeros que estavan en Cantón*[34], *que dichos padres pudiessen* – fideliter collatum, concordat ad litteram cum epistola quam Revdus D. Abbas de Lionne[35] dedit Illmo ac Revmo Dno episcopo Nankinensi, cuius initium *al 9 d'este mes* et finis *mucha fuerza y salud. Dios nos guarde*, data die 17 novembris 1697, in cuius rei fidem his propria manu subscripsi eodem die et anno[36].

---

[33] Ep. Dni Lionne ad D. Ciceri 17 nov. 1697, textus in *AME 412*, 225-28: est responsum ad ep. Dni Ciceri, 9 nov. 1697 ad illum datam, textus ib., 223-24.

[34] DD. Lud. Champion de Cicé et Io. Basset, MEP galli. A. 1697 D. Cicé iam in Galliam reversus erat; D. Basset ei successerat uti missionis procurator et minister ecclesiae MEP Cantone.

[35] D. Lionne, MEP gallus, fundator missionis *Chihchow-fu* in prov. Nankinensi in qua tunc residebat, v. ep. Dni Della Chiesa 18 oct. 1697, ed. in *SF V*, 361, num. 1.

[36] Haec ep. Dni Lionne a P. Basilio authentice recognita est eadem die qua scripta est. D. Lionne ergo Nankinum venit ibique hanc responsoriam in domo Dni Della Chiesa ad D. Nankinensem dedit. – D. Ciceri huic ep. Dni Lionne postera die, 18 nov. 1697 respondit, textus in *AME 412*, 229.

CIX

PROPUGNANTUR IURA DELEGATA DNI DELLA CHIESA IN VICARIATU AP. NANKINENSI, S. A. [EXEUNTE MENSE FEBRUARIO 1698].

Exemplar in *ARSI JS 158*, 183-96.

Ab Illmo Nankinensi episc.[1] requisitus D. Argolicensis[2] quonam iure Nankinensis vicariatus administrationem assumpsisset, duo idem exhibuit instrumenta[3], inque vim alterutrius ex illis hanc ad se administrationem spectare asseruit:

Primum fuit litterae Revmi P. Fr. Io. Francisci a Leonissa[4], quibus rogatur ut tempore absentiae suae suam vicarii ap. iurisdictionem ad hunc vicariatum extendat in eoque agat quaecumque ipse praesens agere posset.

Secundum bullae pontificae quibus ei conceditur ut per obitum Dni Basilitani[5], in defuncti administrationem – si sit vicinior inter ibi numeratos – succedat[6].

Contra D. Argolicensis praetensiones prodiit tractatus quidam 9 integris foliis constans, cuius auctor contendit neutrum ex dictis instrumentis dicto dno episcopo suffragari[7]. Non singula persequar quae ibi opportune importune auctor congerit, solum D. Argolicensis iura sat evidentia propugnaturus contra auctoris sententias.

---

[1] D. Alex. Ciceri SI, Nankinensis episc. a. 1694-1703.

[2] D. Bern. Della Chiesa.

[3] Die 19 nov. 1697, v. supra ep. Della Chiesa 19 nov. 1697, n. 9.

[4] V. supra ep. Nicolai 6 nov. 1696; P. Nicolai in Europam profecturus curam vicariatus Nankinensis Dno Della Chiesa concredidit.

[5] D. Greg. López, OP sinensis, episc. tit. Basilitanus et vic. ap. Nankin. a. 1685-91 qui Nankini 27 febr. 1691 obiit.

[6] Breve *Illis quae ad felicem* 16 martii 1682, textus in *SF V*, XLI, n. 6.

[7] Tractatus anonymus s. l. s. a., cui titulus: *Utrum Illmus D. Episc. Argolicensis electus Pekinensis* ..., v. supra ep. Della Chiesa 20 febr. 1698, n. 4.

ASSERO *PRIMO:* POTUIT D. ARGOLICENSIS EPISC., IN VIM LITTERARUM R. P. FR. IO. FRANCISCI A LEONISSA, NANKINENSIS VICARIATUS ADMINISTRATIONEM ASSUMERE.

Pro cuius intelligentia:

Noto 1° omnibus vicariis ap. concessum fuisse a Summo Pontifice in generali congr. S. Inquisitionis ut tempore obitus possint suas facultates alteri communicare, ut sede vacante sit qui possit supplere, donec S. Sedes certior facta per delegatos vel per unum ex eis alio modo provideat (num. 28)[8].

Noto 2° aliquibus vicariis ap. in bulla sui vicariatus concessum fuisse ut, deficiente proximiore vicario, in defuncti administrationem succederet[9]; cumque ratione praedictae primae concessionis oriri posset in substitutis a defunctis vicariis ap. praetensio, se non modo facultates missionarii, sed etiam iurisdictionem vicarii ap. defuncti et administratoris substituentis habere; atque ideo vicario seu vicariis superstitibus in dicta administratione non subordinari. Propterea ad instantiam Illmi Eliopolitani episc.[10], S. C. de P. F. sub die 22 martii 1669 declaravit[11] deputatum seu deputatos a vicario ap. defuncto sub aliorum superstitum *directione* remanere debere.

Noto 3° praeter supradictam generalem concessionem, aliam specialissimam Illmo Basilitano factam per litteras S. C. datas 29 martii 1688 in haec verba: *Inoltre attesa la sua età e la gran distanza di coteste parti, dalle quali non è facile il ricorso alla Sede Ap., è parso conveniente a questi Emi miei Signori dar facoltà a V. S., come se le dà in vigor della presente, che in caso di morte possa sostituirsi un vicario a lei più grato, con potestà di communicarli sino a nova provisione con la sua giurisditione a suo arbitrio tutte quelle facoltà che non richiedono il carattere episcopale*[12].

---

[8] Formula facultatum a S. Off. episcopis in Africa, Asia et America concessarum, i. e. formula prima, num. 28: *praedictas facultates communicandi ... praesertim tempore sui obitus, ut sede vacante sit qui possit supplere* etc., v. *Vermeersch, Commentaria de formulis facultatum*, in *Periodica de re canonica*, 11 (1923), (50).

[9] Uti v. gr. Dno Della Chiesa in brevi *Illis quae ad felicem*, v. supra n. 6.

[10] D. Franc. Pallu, episc. tit. Heliopol.

[11] Textus huius decreti in *APF SO CP 1707-09*, 23-24.

[12] S. C. ep. ad D. López, 29 martii 1688, textus in *APF Lett. SC 77*, 20-21; v. etiam rescriptum S. C. in congr. partic. 29 martii 1688, ad septimum, in *APF Acta CC PP 1677-98*, 255-56.

Noto 4° Illmum Basilitanum, in vim harum litterarum, sub die 30 iulii 1690 de facto Revmum P. Fr. Io. Franciscum a Leonissa in toto suo vicariatu ap. vicarium deputasse et substituisse, eique totam suam iurisdictionem cum omnibus per Sanctae C. communicabilibus facultatibus communicasse, prout plenius in dicti Illmi Basilitani patentibus litteris – quae originales exhiberi possunt – manu propria R. P. Prosperi Intorcettae scriptis et subscriptis, Illmique Basilitani propria subscriptione et sigillo munitis[13].

Noto 5° Revmum P. Fr. Io. Franciscum, in vim huius deputationis, statim ab obitu Illmi Basilitani[14] suae iurisdictionis possessionem cepisse, suas patentes litteras iis quorum intererat exhibuisse, seque in vicarium ap. – utpote tota vicarii ap. iurisdictione munitum – et gessisse et ab omnibus recognitum fuisse usque ad adventum Illmi Macaensis[15]; post quem plures missionarii Soc. Iesu – qua authoritate ipsi sciunt – sese ab eius obedientia subtraxerunt[16].

His praenotatis, meum assertum probo: Potuit R. P. Fr. Io. Franciscus suam iurisdictionem alteri communicare; ergo et D. Argolicensis eam potuit acceptare.

Toti sunt adversarii in antecedente improbando, quod tamen probo. Delegatus principis potest subdelegare. Talis est R. P. Fr. Io. Franciscus, ergo. Maior patet ex cap. *cum causam* et cap. *quamvis* et cap. *pastoralis* et cap. ultimum *de offic. deleg.*[17]; idemque supponit Smus P., dum in facultatibus vicariis ap. concessis num. 28, ait: *quae facultates etiam a provicario seu provicariis communicari possint*[18]; ergo supponit vicarios ap. tanquam suos delegatos posse provicarios seu subdelegatos constituere.

---

[13] Quattuor exemplaria huius decreti Dni López, *Hangchow* 30 iulii 1690 dati, manu P. Intorcetta scripta, servantur in *APF SR Congr. 5*, 639-42.

[14] I. e. a die 27 febr. 1691, v. supra n. 5.

[15] D. Io. de Cazal, Macaonensis episc. a. 1690-1735, qui Macaum 16 iulii 1692 appulit, v. *Azia sinica e japonica*, I, 145.

[16] Plures tamen itali et galli SI eum postea recognoverunt ut vicarium ap., v. *SF IV*, 561, num. 5.

[17] *Decr. Gregorii IX*, liber I, tit. 29, cap. 6, 22, 28 et 43, v. *Corpus iuris canonici*, ed. Friedberg, Lipsiae 1922, II, 159, 166, 172 et 182.

[18] Formula prima, num. 28, v. supra n. 8.

Tota difficultas est de minoris veritate, quam tamen probo:

1°) Ex Abate[19] in cap. *pastoralis*, num. 3[20]: delegatus Papae est qui non recognoscit superiorem nisi Papam. Talis est dictus P. Io. Franciscus, ergo. Minor probatur quia nullum cognoscit harum terrarum Ordinarium, ex bullis pontificiis quae vicarios ap. et eorum missionarios ab omnium Indiarum Ordinariorum iurisdictione eximunt[21]. Nec ullum vicarium ap., ex concessione S. C. Illmo Basilitano facta eligendi in suo vicariatu vicarium – de qua *nota 3* – per quam, ne frustranea reddatur, aliquid plus ei concessum dicendum est quam quod omnibus aliis concessum fuerit, ut notatur 1°. Et hoc *plus* aliud non est quam independentia ab aliis vicariis apostolicis. Ergo nullum praeter Papam agnoscit superiorem.

2°) Ex epistola citata S. C., ubi S. C. facultatem tribuit Illmo Basilitano substituendi in suo vicariatu vicarium[22]; sed hic non potest dici Illmi Basilitani vicarius; ergo eius vicariatus, et per consequens apostolicus vicarius. Minor probatur ex communi doctorum asserentium ex cap. 1 *de offic. vic.*, lib. 6 et glossa ib.[23], suspenso episcopo suspendi eius vicarium; mortuo episcopo expirare iurisdictionem vicarii. Ergo vicarius cuius iurisdictio nec suspenso episcopo suspenditur, nec mortuo expirat, nullo modo episcopi – superiori authoritate ipsum eligentis – vicarius dici potest.

3°) Ex doctrina auctoris tractatus quem impugno[24], qui ex cap. *licet de officio delegat.* et cap. ult. *de offic. legat.* aliisque textibus cum communi doctorum affirmat ita expirare in delegato iurisdictionem ut sit nullum quidquid egerit ignorans expirasse in delegante iurisdictionem; ergo si qua iurisdictio aliquo mortuo non expirat, immo nonnisi ab eius morte incipit, nullo modo ab illo delegata censeri potest,

---

[19] Nicolaus de Tudeschis sive Panormitanus, abbas siculus, alias modernus denominatus, monachus ord. S. Benedicti Catanae a. 1386 natus, postea arch. Panormitanus, v. A. Van. Hove, *Prolegomena ad codicem iuris canonici*, Mechliniae-Romae 1945, 497.

[20] V. *Corpus iuris canonici*, ed. Friedberg, II, 172.

[21] V. supra ep. 2 nov. 1697, n. 10.

[22] Ep. 29 martii 1688, v. supra ad *noto 3°*.

[23] *Liber VI Decretalium*, liber I, tit. 13, cap. 1, v. *Corpus iuris canonici*, cit., II, 978.

[24] Tractatus, de quo supra n. 7.

sed ab eo cuius authoritate fuit delegata iuxta l. *item eorum*, paragr. *si decuriones* ff. *quod cuiusque univers. nom.*[25]. Ab ordine videtur electus qui ab illis eligitur quibus ordo dedit eligendi potestatem.

Tandem iterum probatur primum antecedens primi argumenti. Totam vicarii ap. iurisdictionem et omnes facultates annexas quae caracterem episcopalem non requirunt, Illmus Basilitanus revdo P. Fr. Io. Francisco communicavit, non sua sed S. C. authoritate (patuit sup. ex not. 4 et ex tertia probat. minoris principalis). Sed inter has numeratur facultas iurisdictionem et facultates suas alteri communicandi (patet etiam supra, in probatione prima minoris principalis); ergo potuit R. P. Fr. Io. Franciscus suas facultates et iurisdictionem Illmo Argolicensi communicare[26].

Haec omnia planiora fient ex obiectionum solutione. Obiicit ergo.

– Sequuntur 10 obiectiones quibus A. fuse respondit.

ASSERO *SECUNDO:* POTUIT ET DEBUIT D. ARGOLICENSIS ILLMI BASILITANI DEFUNCTI VICARIATUM SIBI ADMINISTRANDUM ASSUMERE, IN VIM BULLAE *ILLIS QUAE AD FELICEM*[27], CUIUS AUTHENTICUM EXEMPLAR ILLMO NANKINENSI EPISCOPO EXHIBUIT[28].

Probatur evidentissime ex verbis bullae: *volumus autem ut adveniente obitu unius ex supradictis vicariis ap.* – hi sunt episc. Heliopolitanus, Beritensis, Basilitanus et Argolicensis[29] – *vicinior succedat in administrationem defuncti*[30]. Sed defuncto Illmo Basilitano, solus supererat D. Argolicensis qui succedere posset; ergo debuit iuxta mandatum Summi Pontificis eidem succedere. Res est clarior quam ut pluribus probationibus indigeat, quam tamen A. tractatus quem impugno multipliciter oppugnat.

---

[25] *Iustiniani digesta*, lib. 3, tit. 4, lex 3, paragr. 1, ed. in *Corpus iuris civilis*, ed. Theod. Mommsen, Berolini 1902, I, 43.

[26] Id quod P. Nicolai fecit ep. 6 nov. 1696, v. supra n. 4.

[27] Breve Innocentii XI 16 martii 1682, v. supra n. 6.

[28] Die 19 nov. 1697, v. supra ep. Della Chiesa 19 nov. 1697, ad n. 9.

[29] I. e. DD. Franc. Pallu, Ios. Duchesne, Greg. López et Bern. Della Chiesa.

[30] V. textum integrum in *SF V*, XLI, n. 6.

P. Basilius tres obiectiones eiusdem adversarii exponit et refellit. Deinde clare enuntiat tria principia quae, secundum factionem lusitanam, ab Illmo Della Chiesa admissa sunt, nempe:

1) Quod per bullas posteriores erectionis ecclesiarum et provisionis episcoporum[31], cum tota sua ordinaria et plenaria iurisdictione in tota sua ecclesia et dioecesi, non sit – neque specialiter et expresse, neque tacite et virtualiter – derogatum ipsius aut cuiuslibet alterius vicarii ap. iurisdictioni pariter plenariae in eisdem locis, quamvis a Smo P. praecognitae, totaliter positae in sua potestate, et ad nutum ipsius auferibili.

2. Quod ad derogandum vicariorum ap. iurisdictioni sit necessarium breve apostolicum, vel saltem aliquod decretum S. Sedis, specialiter et expresse, et facta illius specifica mentione, derogans vel declarans esse illi derogatum.

3. Asserit D. Argolicensis, ita auctor, propriam iurisdictionem perseverare, non privative quoad omnes, sed accumulative cum iurisdictione episcopis evidenter collata; et cum utraque sit plenaria nullaque inter utramque sit unio aut subordinatio, admittit in eadem ecclesia duo capita phisice et moraliter distincta absque ulla unione aut dependentia unius ab altero, singula cum plenaria iurisdictione.

P. Basilius dein explicat quo sensu haec principia ab Illmo Della Chiesa admissa sunt. Plures novas obiectiones crisi submittit. In specie demonstrat quod ex ipsis verbis bullarum, quibus dioeceses Nankinensis et Pekinensis recenter erectae sunt, nulla eruitur contradictio inter episcopos et vicarios ap., eadem territoria eodem tempore administrantes. Tandem certas conclusiones in memoriam revocat:

Certum est:

1) Capitulum quamvis authentica bullarum pro novo episcopo expeditarum exemplaria receperit, suam non amittere iurisdictionem donec idem episcopus per se vel per alios veniat possessionemque sui episcopatus adeat;

2) Episcopum seu eius delegatum, etiam postquam ad suam dioecesim seu civitatem pervenerit, non posse sui episcopatus possessionem inire, inscio capitulo penes quem prius erat episcopalis iurisdictio;

---

[31] Bullae erectionis ecclesiarum Pekin. et Nankin., atque illae provisionis sedium Macaonensis, Pekin. et Nankin., omnes 10 apr. 1690 datae.

3) Dominium non transferri de uno in alium nisi per actualem rei possessionem;

4) Possessionem rei, ab aliquo iure legitimo prius possessae, non posse ab alio legitime requiri, inscio primo possidente, sicque acquisitam ad priorem possessorem spectare;

5) D. Argolicensem et Revdum P. a Leonissa[32] – audiat et stupeat Europa tam incredibilem sapientium dormitationem! – usque ad diem hanc, post 6 fere annos a receptione bullarum erectionis episcopatuum in Sinis[33] (in quarum vi se patres Soc. Iesu a vicariorum ap. subiectione subtraxerunt, ordinariamque iurisdictionem introductam opinati sunt), adhuc ignorare non solum quis, sed an aliquis sit qui Pekinensem episcopatum pro Illmo metropolitano[34] – cui illud dicti patres adiudicarunt – [in] administrationem susceperit[35].

Hac vero posita certitudine, mirari desinet A. Dnum Argolicensem p. vice-provinciali[36] scripsisse quae scripsit, ut plurium conscientiae consuleret[37]; suoque exemplo missionarios quacumque licet confirmandos, non per excommunicationum terrores ad ea quae sibi illicita sentiunt impellendos doceret.

Quod si, etiam[si] omnia secundum iura facta fuissent, accessisset qui sibi in a vicariis ap. possessa ius attributum opinatur, sentit adhuc D. Argolicensis ...: tametsi possessor bonae fidei speculative

---

[32] P. Io. Franc. Nicolai.

[33] D. Io. de Cazal, novus Macaonensis episc., has bullas secum attulerat quando Macaum 16 iulii 1692 appulit.

[34] D. Aug. ab Annuntiatione, arch. Goanus a. 1690-1713.

[35] In Sinis revera advenit decretum archiep. Goani 22 apr. 1694, gubernatorem dioecesium vacantium Pekin. et Nankin. nominans patrem Fr. Nogueira vel PP. Ciceri aut Pereira, v. *SF V*, 314, n. 2; et supra ep. Nicolai 3 nov. 1694, n. 14; ep. Della Chiesa 20 apr. 1697, num. 11 et 12. – Hoc autem decretum nec publicatum nec intimatum est; nullus inter vicarios ap. et missionarios in Sinis unquam sciverat quisnam e tribus patribus SI, in decreto nominatis, auctoritatem oblatam acceptaverat, ib.

[36] P. Phil. Grimaldi, SI italus, vice-provincialis a. 1695-98.

[37] Agitur de litteris patentibus pro missionariis SI, v. supra ep. Della Chiesa ad missionarios 19 nov. 1697. Episcopus verisimiliter has litteras etiam miserat ad P. Phil. Grimaldi, ut ille eas suis subditis communicaret.

probabilius iudicaret (quod nos non iudicamus) rem ad alterum pertinere, dum tamen moralem certitudinem non habet – quam certe excludunt superiora responsa ad adversariorum obiecta –, ad nullam restitutionem obligatur. Non enim tenetur aliquis iure possessionis suae se ipsum ante omnem iudicis sententiam privare, nisi constet rem ad alterum pertinere.

[*Conclusio*]

Ex hucusque dictis patet responsio ad omnia quae super hac quaestione dici possent; ideo a pluribus supersedeo. Solum tractatus auctorem monitum velim non existimasse nos pro nostra sententia stare *certitudinem divinae revelationis*; rationemque, quare hic hac de re longiores disputationes texere noluimus, fuisse ne inutiliter tempus tereremus, discordias excitaremus etc. Adversarios enim sapientes iudicabamus, quos latere non possent responsa ad ea quae contra nostram sententiam obiiciebant. Nec imaginabamur id nobis obiici posse quod A. obiicit, quasi reclamante ratione, auctoritate, evidentia veritatem indagare nollemus.

Quae verba, licet eius bonam fidem arguant, sciat tamen quantumlibet ei suffragentur rationes, auctoritates, evidentiae quas sibi confixit, nec suam sententiam *certitudinem divinae revelationis*, cui refragari nefas, attingere. Pro qua si baculis ludere libeat, norit quoque delegatis apostolicis[38] non ad ludendum instrumenta deesse, sed eos pati malle quam sic se suumque ministerium sapientum irrisionibus exponere, *indignationemque* – Auctoris verbis concludo – *Omnipotentis Dei ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius in se excitare.*

[38] I. e. vicarii ap., auctoritate ap. delegati.

CX

EPISTOLA AD CARDINALES S. C., NANKINI 22 OCTOBRIS 1698.

Autogr. in *APF SO CP 1701-03*, 182 r-v.

1. Quasi un anno intiero son stato infermo di pericolosi accidenti[1], che furon la causa che l'anno passato non diedi parte a VV. EE. – com'era di dovere – de' miei successi. Perchè intieramente li sappiano, quì mando copia *ad litteram* di ciò che passò tra il P. Antonio da Sylva[2], secretario dell'Illmo Sig. vescovo di Nanking, e me[3]. Dopo di che, stimando io esser le cose acchetate già, il giorno del glorioso apostolo S. Giovanni[4] fui alla chiesa della Compagnia per riverir il sig. vescovo[5] e suoi padri. Il sig. vescovo non me lo lasciaron vedere; et il suo padre secretario[6] alla presenza de' PP. Rodriguez[7] e Laureati[8], mi dichiarò – in nome, disse, dell'Illmo Sig. vescovo – contumace, spergiuro e scommunicato[9].

2. Scrivo – dissi – perchè da lettere che passarono in queste materie tra detto Illmo et il sig. ab. di Lion[10], si deduce manifestamente non esser ciò stato ordine suo; ancorchè dopo, nel fine d'aprile scorso, mandasse patenti alle sue chiese, ordinando che non s'ammettano a'

---

[1] Mense apr. 1698 melius se habuit, etsi adhuc infirmus erat, v. *SF V*, 364, num. 3.

[2] Silva, SI lusitanus, missionarius in Sinis a. 1695-1725, biogr. in *SF V*, 367, n. 4. Fuit secretarius Dni Ciceri, episc. Nankinensis.

[3] V. supra ep. 2, 4 et 8 nov. 1697.

[4] Die 27 dec. 1697.

[5] D. Alex. Ciceri.

[6] P. Ant. da Silva.

[7] P. Emm. Rodriguez, SI lusitanus, missionarius in Sinis a. 1691-98, biogr. in *SF V*, 260, n. 31; et supra ep. Della Chiesa 20 febr. 1698, n. 2.

[8] P. Io. Laureati, SI italus, missionarius in Sinis a. 1697-1727, biogr. in *SF V*, 456, n. 12. - P. Laureati exeunte a. 1697 Nankini pertransiit, missionem prov. *Shensi* sibi concreditam petens. Visitator P. Car. Turcotti eum ineunte a. 1700 ad prov. *Kwangtung* revocavit et residentiae Cantoniensis superiorem nominavit, v. ep. P. Turcotti 3 ian. 1700, in *ARSI JS 167*, 235.

[9] V. relationem Dni Della Chiesa de hoc facto, in *SF V*, 367, num. 3.

[10] D. Art. de Lionne, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1689-1702, minister ecclesiae de *Chihchow-fu* in prov. Nankin., v. supra testim. 17 nov. 1697, nn. 33-36.

sacramenti, nè si permettano celebrar la santa messa nè alcun officio di missionario quei che non se gl'assoggettarono[11]; copia della qual invia l'Illmo Sig. vescovo d'Argoli[12].

3. Se l'Apostolo *optabat anathema esse pro fratribus suis*[13], non devo io sconsolarmi d'esser anathematizato *pro fratribus meis*, che sono l'EE. VV. Per obedir agl'ordini de' quali – nulla constando di lor rivocatione, et in consequenza ritenendo la lor prima virtù obligatoria – non ardii ricever l'auttorità che detto Illmo Sig. Cicero m'offerse[14]. *Homo sum*. Se ho errato, mi soggetto alle penitenze che l'EE. VV. si compiaceranno impormi. Io stimai non far, se non ciò che era di mia obligatione, come lo sentono co' vicarii ap. tutti i missionarii non-Gesuiti di Cina.

4. Prima che le cose arrivassero a questi estremi, avicinandosi il termine del decennio per cui l'anno 1680 fui destinato missionario in queste parti[15], scrissi all'Illmo Sig. secretario[16] – a cui non mancai di scrivere cada anno altre materie ancora, ch'havevano necessità della providenza dell'EE. VV. – supplicandolo significarmi l'intentioni di cotesta S. C. circa il seguitar il ministerio o ritornarmene, ed offerendomi ad ogni lor dispositione. Non meritai ricevere risposta veruna; sì che, caminando *in obscuris*, se ho preso alcun inciampo, non può parer strano.

5. Hora, gratie al Signore, m'attrovo alquanto migliorato, ancorchè non perfettamente sano. Continuo la mia assistenza all'Illmo Sig. vescovo d'Argoli. E se all'EE. VV. non disagrada la mia servitù, supplicole con tutta riverenza si compiacciano compartirmi il necessario per non star otioso, come m'è convenuto stare tanti anni. Spero ch'il Revmo P. Fr. Gio. Francesco, vic. ap. di questa Nanking[17], supplirà di presenza all'altre nuove, che da me potrebbero aspettare.

---

[11] Monitum Dni Ciceri Nankini 29 apr. 1698 datum, textus in *SF V*, 365, n. 6.

[12] D. Della Chiesa huius moniti exemplar Romam misit ad P. Nicolai, ut illud ad S. C. transmitteret, v. *SF V*, 377-78.

[13] Rom. 9, 3: *Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis.*

[14] V. supra ep. 2 nov. 1697, ad secundum; 4 nov. 1697, num. 2.

[15] S. C. P. Basilium pro vicariorum ap. missionibus 6 aug. 1680 approbaverat, v. *APF Acta CC GG 1680, 50*, 200.

[16] V. supra ep. ad D. Cibo, 4 oct. 1689, num. 1; et 15 oct. 1694, num. 2.

[17] P. Nicolai iam in Europam regressus erat. P. Basilius adhuc ignorabat quod P. Nicolai a. 1696 electus fuit episc. tit. Berytensis et vic. ap. provinciae *Hukwang*, v. Mensaert, *L'établissement de la hiérarchie*, 395.

6. Ho havuto quì per compagno quest'anno il P. Fr. Gio. Battista di Castro Novo[18], alla di cui charità devo molto della poca salute ch'il Signore m'ha restituito. Hora per trovarsi lui pure indisposto, e confacendoli molto male quest'aria di Cina dove ogni giorno s'attrova peggiore, s'è risolto passar a Cocincina[19], dove è sommamente desiderato da quell'Illmo Sig. vescovo[20]. Lo compatisco moltissimo, per trovarsi lui pure derelitto e senza il necessario nè meno per vivere, non che per far il ministerio[21]. Ben so, ch'il zelo sommo dell'EE. VV. non permetterà tali inconvenienti, sì contrarii a' lor santi intenti; perciò stimo la semplice historia più efficace di qualsisia longa supplica.

7. Non mi stendo di vantaggio, per non esser importuno con la replica di accidenti sì poco lieti, quali gli significa l'Illmo Sig. vescovo d'Argoli[22], andando questa con le di lui lettere accompagnata. Solo, col riverente bacio delle sacre porpore, assicuro l'EE. VV. di mia inviolabil fedeltà sin al fine di miei giorni, come che sono e sempre sarò.

CXI

EPISTOLA AD ILLMUM CAR. AUG. FABRONI[23], NANKINI 22 OCTOBRIS 1698.

Autogr. in *APF SO CP 1701-03*, 177.

1. Che l'anno scorso non ricevesse V. S. Illma mie lettere, fu causa una pericolosa e travagliosa infirmità, che m'ha tenuto quasi un anno poco meno che inutile. Per gratia del Signore, mi trovo alquanto migliorato; per il che vengo con questa a supplire la mancanza, rallegrandomi con V. S. Illma dell'impiego di tanto merito che, per servitio

---

[18] Morelli, qui mense febr. 1698 videtur Nankinum pervenisse, v. supra ep. Della Chiesa 28 febr. 1698, num. 9.

[19] V. infra ep. Morelli 22 oct. 1698, num. 2 et 3.

[20] D. Franc. Pérez, episc. tit. Bugiensis, vicarius ap. Cocincinae a. 1687-1728, biogr. in *SF V*, 233, n. 70.

[21] V. infra ep. Morelli 22 oct. 1698, num. 2 et 3.

[22] V. ep. Dni Della Chiesa 22 oct. 1698 cardinalibus datam, in *SF V*, 376-79.

[23] S. C. secretarius a. 1695-1706.

del Signore e propagatione della S. Fede, s'ha incaricato[24]; et offerendogli con tutta la fedeltà dovuta la mia debil servitù, disposta ad ogni cenno di V. S. Illma e di cotesti miei EE. Signori; a' quali scrivo l'annessa[25], dandoli parte – come vedrà – di quanto m'è passato in questi torbidi che, diversi anni sono, quì ci tengono sconsolati.

2. Lo di più lo scrive l'Illmo Sig. vescovo d'Argoli[26]; il di cui procuratore e mio antico compagno[27] costì raguagliarà per minuto a V. S. Illma il nostro stato, dal tempo in cui qua fummo destinati, che fu l'anno 1680, sin ad hora. È giunto aviso esser arrivati all'isola Formosa 4 missionarii, due agostiniani e due minori riformati[28]. Il mal è che han naufragato; e scrivono di trovarsi mezzi nudi con la perdita di tutto, salva la vita[29]. Voglia il Signore non habbiano persi i dispacci, de' quali necessitamo per la pace della missione, e per oviar a' scandali che non puonno non insorgere, se le cose durano nel stato in cui hora s'attrovano. E se han perse le limosine, necessarie per vivere e far il lor ministerio, harà V. S. Illma occasione d'essercitar la sua charità in provederci, quanto prima. Del che come non dubito, così non m'estendo in longhe suppliche. Solo supplico l'Altissimo ci conservi la persona di V. S. Illma con perfetta salute, dia a' suoi santi intenti la sua benedittione, et a noi il consuolo d'udir sempre più liete nuove degl'avanzamenti di V. S. Illma, di cui sono e sarò sempre.

---

[24] D. Fabroni ad munus secretarii S. C. P. F. die 16 sept. 1695 electus est, v. *Hier. cath.*, V, 26.

[25] V. ep. praec.

[26] D. Della Chiesa qui eadem die ep. cardinalibus dedit, textus in *SF V*, 376-79.

[27] P. Io. Franc. Nicolai, qui Nankino 13 nov. 1696 abierat et Romam 14 iunii 1699 pervenit.

[28] PP. Nic. Aug. Cima OESA et Ioannes Mancini a S. Augustino, augustinianus discalceatus; atque PP. Placidus de Valcio et Ios. Franc. de Langasco OFM Reform., qui 20 aug. 1698 in insulam Formosam appulerunt, v. ep. patris Mancini Amoy 18 oct. 1698, datam, in *ASR Ag. Sc. 156.*

[29] Naufragium 18 aug. 1698 prope Formosam, ib.; *SF V*, 383, num. 3; 385-86.

CXII

EPISTOLA AD MINISTRUM PROVINCIALEM[1], KIANGNING[2] 26 OCTOBRIS 1698.

Autogr. in *ASM.*

1. È già di due mesi passato l'anno, che fui oppresso da certi accidenti di convulsione di nervi e vertigini, che m'hanno tenuto l'anno tutto poco meno che inabile. Gratie al Signore, mi trovo alquanto migliorato; per il che non ho voluto lasciarmi passar quest'occasione di riverirla, con tutti cotesti miei padri e fratelli, accertandoli della memoria che di lor conservo appresso il Signore, e pregandoli non si scordino nelle loro orationi e SS. Sacrificii di questo loro fratello, per ogni parte necessitato e miserabile.

2. Non scrivo più a longo del mio stato, qual spero gli sarà significato dal mio carissimo compagno e fratello, P. Fr. Gian Francesco da Lionessa[3], hora per quanto quì si dice vescovo di Berit e vic. ap. in Cina[4], già due anni passato a Roma per procuratore della missione. Se lui chiede compagni a V. P. M. R., come sommamente desidero, la prego non gli li negare; ma giuntamente la supplico ad eleger persone delle migliori e in spirito e in lettere; supponendo per certo che, se saranno tali, saranno di gran decoro non solo alla provincia ma alla religione tutta; e se non sono tali, terrò pur per favore che non gli dia niuno.

3. Ho inteso essersi costì impresse le historie della provincia[5] et l'immagini de' santi della religione[6]. E l'une e l'altre sommamente

---

[1] P. Gregorius Brunelli, minister prov. provinciae S. Antonii Venetiis a. 1698-1701, v. supra ep. 20 oct. 1683, n. 17.

Id autem in consueta sinica baptismi forma non verificatur. Ergo dubium remanet. Ex responsis enim datis patet inter missionarios et episcopos controverti etiam, an *nomine* latinum causet conceptum singularem vel pluralem. Multo magis ergo incertum erit an *ming*[27] sinicum causet conceptum singularem an pluralem.

Dein concludit:

Cum hac incertitudine poteritne constare certa baptismi forma? Ecce hominis sensus. Vesania ne est? Estne opinio? Est dubium? Est scrupulus? Ad Illmum Ascalonensem[28] appellat, ad eundem appello et ego.

---

[16] D. Alv. de Benavente, episc. tit. Ascalon., vic. ap. de *Kiangsi*, v. supra docum. 14 nov. 1703, n. 3.

[17] D. Io. Basset, provicarius de *Szechwan*, v. supra docum. 8 oct. 1703.

[18] D. Io. Donatus Mezzafalce, sacerdos saecularis italus, missionarius de *Siaoshanhsien* in prov. *Chekiang*.

[19] P. Petrus de Alcalá, vic. ap. de *Chekiang*, v. supra docum. 20 oct. 1703.

[20] P. Ant. Thomas, SI belga, vice-provincialis a. 1701-04, Pekini residens.

[21] P. Io. Franc. Gerbillon, SI gallus, superior pp. gallorum in Sinis et superior domus *Petang* Pekini.

[22] P. Claudius de Visdelou, SI gallus, tunc missionarius prov. *Fukien*.

[23] P. Ioachim Bouvet, SI gallus, Pekini servitio imperiali addictus.

[24] P. Ios. Navarro, OFM hisp., iam commissarius prov. a. 1696-99, minister ecclesiae de *Shunteh-hsien* in prov. *Kwangtung*.

[25] P. Carolus Orazi, OFM Observ. italus, socius Dni Della Chiesa in residentia de *Lintsing* (*Shantung*), v. supra ep. 28 dec. 1702.

[26] P. Thomas Ortiz, OESA hisp., v. supra docum. 14 nov. 1703, nn. 5 et 6.

[27] *Ming* = nomen.

[28] D. Alv. de Benavente, OESA hisp., v. supra n. 16.

CLXXVII

SCRIPTUM DE DIFFICULTATIBUS RITUUM PROHIBITIONI INHAERENTIBUS, S. A.

Excerptum manu P. Antonii Laghi[29] scriptum in *ARSI JS 170*, 345. Aliud exemplar auth. huius excerpti in *B. Fabr. 53.*

Inc. Il culto di Confucio, ancorchè non appartenga che a' letterati.

Auctor exagerat ea quae opponuntur strictiori praxi illorum qui tam Confucii[30] quam antenatorum cultum omnino prohibere intendunt, et concludit:

Non voglio dire però s'habbino a permettere le superstizioni. Si procuri far di modo che gli resti quanto se li può permettere senza violar la legge divina.

---

[29] OFM italus, socius P. Basilii, postea eius successor, biogr. in *SF V*, 423, n. 10.
[30] Confucius, notae biogr. in *SF V*, 606, n. 9.

C - OPERA SINOLOGICA ET SINICA

Bibliographia operum sinologicorum et sinicorum P. Basilii Brollo diversimode ab auctoribus traditur, quod explicatur ignorantia linguae, litteraturae et historiae Sinarum. Ita inter opera eius recensentur v. gr.: *versio sinica precum usualium*, quam P. Brollo, linguam sinicam addiscens, perfecerat et illustrationis curiositatisque causa in Europam miserat[1]; *translatio librorum classicorum Sinarum*, facta potius per modum exercitii quam maturae contributionis litterariae[2]. Persaepe etiam eius lexica sinica generice aut aequivoce indicata sunt, quin specificentur eorum numerus et natura: sive *sinico-latina* ordine clavium aut ordine phonetico-alphabetico; sive *latino-sinica*, *latino-italico-sinica* vel *italico-sinica*[3]. Ei adscribitur etiam *grammatica sinica*: opus nempe a. 1682 a P. Francisco Varo OP exaratum, a. 1703 a P. Petro de la Piñuela OFM revisum, confessionario P. Basilii auctum et xylographice editum[4]; nec auctor est *tractatus de creatore*, quod recentiores bibliographi ei erronee attribuunt[5].

1. - DICTIONARIA SINICO-LATINA.

P. Basilius duo tantum dictionaria composuit, ambo sinico-latina, quorum primum a. 1694 ordine clavium seu radicum; secundum vero a. 1699 ordine alphabetico litterarum romanarum dispositum. Inter alia duo testimonia firmissime hoc probant.

D. Artus de Lionne MEP, episc. tit. Rosaliensis, amicus et coaetaneus P. Basilii qui per quinque annos in provincia Nankinensi una cum eo laboraverat, anno 1702 edidit librum *Observationes in quaesita Sinarum imperatori*, etc., cui additus est appendix: *De Revmo*

---

[1] V. supra ep. ad V. Brollo 1 oct. 1687, num. 4.

[2] V. supra ep. 23 oct. 1687, num. 1.

[3] V. Huerta, *Estado geográfico*, 432; *Scriptores prov. S. Antonii*, 65-66; De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 117-23; 556-66, 574.

[4] De Vincentiis, cit., 124-25; *Scriptores prov. S. Antonii*, 67.

[5] Cordier, *L'imprimerie sino-européenne en Chine*, 7, num. 49-1; Streit, *BM V*, 874, num. 2494.

P. Basilio a Glemona, Auctor in eo refert definitionem vocis *T'ien* (coelum) a P. Brollo datam in suo primo glossario *circiter a. 1694* absoluto, et disparem versionem eiusdem vocis ex secundo eiusdem vocabulario, quod ipse, *postquam diuturno sinensium litterarum studio doctior factus est*, edidit. Hae duae interpretationes profecto inveniuntur in dictionariis P. Basilii: in primo scilicet ordine clavium disposito, et in secundo ordine alphabetico digesto[6].

P. Carolus Orazi de Castorano OFM[7], in Sinis missionarius iunior sed coaetaneus P. Basilii, pluries in suis scriptis affirmat Patrem Brollo duo composuisse lexica, quorum primum sinico-latinum ordine radicum, secundum autem sinico-latinum ordine alphabetico dispositum. In suo opere *Parva elucubratio*, P. Carolus scribit: *Dictionarium seu potius litterarium sinico-latinum est unus tomus in 4° ut vocant, a me infrascripto A. D. 1706 propria manu descriptum et more europaeo ligatum, constatque in universum paginis 1018; factum fuit a R. P. Basilio a Glemona. Qui revdus pater antea fecerat aut verterat aliud litterarium brevius, secundum ordinem litterarii sinici supradicti. At vero cum illud esset parum accomodatum pro pp. missionariis europaeis in Sina novis, fecit aliud litterarium sinico-latinum ex alio litterario sinico, magis accedente ad nostrum modum europaeum, et est ferme secundum ordinem nostri alphabeti latini*[8].

Litterarium brevius digestum secundum ordinem litterarii sinici idem est ac primum dictionarium P. Basilii ordine clavium digestum. Illud vero a. 1706 a P. Carolo transcriptum, paginis 1018 constans, sane est secundum lexicon P. Basilii iuxta ordinem alphabeticum dispositum[9].

Argumentationes quibus Gherardus de Vincentiis insinuare conatus est Patrem Basilium scripsisse praeter dictionarium sinico-latinum

---

[6] Lionne, *De Reverendissimo P. Basilio a Glemona Ord. S. Francisci, vicario ap. in prov. Xensi*, in *Observationes in quaesita Sinarum imperatori*, appendix, 1-2.

[7] OFM italus, missionarius in Sinis a. 1700-33, biogr. in *SF V*, 438, n. 3.

[8] Car. Orazi, *Parva elucubratio super quosdam libros sinenses*, mss. in *Arch. gen. OFM*; Civezza, *De lingua sinensi*, 333-34.

[9] Codex servatur in *BAV, Vat. Estr. Or. 8*, qui infra describitur. Quoad duo dictionaria P. Basilii, v. etiam testimonium P. Ios. Francisci de Langasco OFM, in sua ep. ad D. Maigrot, *Tsinan-fu* 6 maii 1701 data, textus in *AME 413*, 55-62.

etiam aliud latino-sinicum vel latino-italico-sinicum, omni fundamento destitutae sunt. Argumentorum apparatus multos lectores et scriptores in errorem et confusionem traxit[10]. P. Carolus Orazi – non vero P. Basilius – postea composuit lexicon latino-italico-sinicum, quod haud dubium est totum originale et exclusive suum[11].

Praecipui codices utriusque glossarii P. Basilii infra recensentur. Pauca dein verba addimus de tentaminibus ea edendi saec. XVIII, ac de editionibus saeculi XIX.

a) DICTIONARIUM SINICO-LATINUM ORDINE CLAVIUM.

1) *Han çu si ie* [*Han tzu hsi i*, sequuntur hi quattuor characteres sinici]. *Sinicarum litterarum europea expositio. Dictionarium sinico-latinum, suis fratribus sinicae missionis tyronibus elaboratum per Fr. Basilium a Glemona Ord. Minorum strict. observ., venetae Divi Antonii provinciae alumnum, A. D. 1694.*

Autographus codex chartaceus saec. XVII, pelle ligatus, forma 150×215 mm, charta sinica confectus; paginae xylographia rubra lineatae; recens paginatio plumbeo stylo signata numerat ff. 446. Paginatio originalis lexici proprie dicti numerat pp. 804. Characteres penicillo sinico et perita manu sinica delineati sunt.

Characterum descriptio litteris romanis ac versio latina manu propria P. Basilii scriptae. Originale pulchrum et definitivum. P. Brollo explicationem et versionem dat 7.000 et plus characterum sinicorum.

Servatur Florentiae, in *Biblioteca Mediceo-Laurenziana*, Rinuccini 22.

Continentur: Titulus, operis ratio et usus, index (clavium), dictionarium ordine clavium; vocabula sensus contrarii; sententiae idiomaticae; sententiae particula *ta* compositae; particulae numerales[12].

---

[10] De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 117, 564-67.

[11] Civezza, *De lingua sinensi*, 335-38, 342-45.

[12] V. etiam Petrum de la Piñuela, *Catalogus religiosorum*, ed. in *SF IV*, 331; *Scriptores prov. S. Antonii*, 66; Civezza, *Saggio*, 208-09; De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 564; Cordier, *Bibl. sinica*, V, 1591.

2) *Dictionarium sinico-latinum* [*iuxta*] *radices sinicas digestum.*

Autographus codex chartaceus saec. XVII, forma 146×240 mm, pelle marochina rubra ligatus, charta sinica confectus. Paginae lineis rubris xylographice impressae ut in codice praec. Paginatio originalis complectitur pp. 9, ppnc. 17, ff. 342, ppnc. 18 (delineatae sed vacuae). Characteres penicillo et perita manu sinica conscripti sunt. Descriptio characterum litteris romanis ac versio latina haud dubie P. Basilii autographae. In textu inveniuntur plures additiones manu propria Patris Brollo insertae, quarum characteres modo penicillo sinico manuque sinica, modo calamo et manu europaea (i. e. P. Basilii) scripti sunt.

Servatur in *BAV, Borg. cin. 475.*

Continentur: dorsi titulus, sed titulus deest; operis ratio et usus; abbreviationes sinensibus communes; index clavium; dictionarium ordine clavium; sententiae voce *ta* compositae; vocabula sensus contrarii[13].

3) *Han çu sy ie* [*Han tzu hsi i*; sequuntur 4 characteres sinici]. *Sinicorum characterum europaea expositio. Dictionarium sinico-latinum suis fratribus elaboratum per P. Fr. Basilium a Glemona, S. Theol. lectorem et missionarium apostolicum Ord. Min. Reform., A. D. 1694.*

Exemplar chartaceum exeunte saec. XVII, membrana ligatum, forma 160×210 mm; constat ppnc. 24, pp. 858, ppnc. 4. Paginae rubra xylographia delineatae sunt. Characteres penicillo et manu sinica conscripti sunt. Descriptio characterum litteris romanis ac versio latina manu europaea.

Servatur apud heredes marchionis D. Guidonis Sommi Picenardi.

Continentur: titulus; index clavium duplex; operis ratio et usus; dictionarium ordine clavium; vocabula sensus contrarii; varius usus litterae *ta*; particulae numerales; titulus posterior, idem ac anterior[14].

---

[13] Cordier, cit., 3910; Paul Pelliot, *Inventaire sommaire des manuscrits*, mss., 65.

[14] Comiti Guidoni Cornaggia, qui humanissime permisit consultationes huius exemplaris, plurimas agimus gratias. – V. etiam Valentino Baldissera, *Echi delle feste brolliane a Gemona*, in *Il cittadino italiano*, Udine 2 oct. 1904, 630; Patriarca, *Il P. Basilio Brollo*, 71; Giuseppe Marchetti, *Padre Basilio Brollo sinologo*, in *Voce amica*, Gemona aug. sept. 1948, 3. – Contra notitiam a Baldissera receptam et vulgatam, vivente marchione Guidone Sommi Picenardi, codex servabatur in eius castro, vocato *Torre de' Picenardi* (Cremona), non vero in propinquo pago *Olmeneta*.

4) [Dictionarium sinico-latinum ordine clavium].

Exemplar dictionarii P. Basilii, ineunte saec. XVIII manu D. Io. Donati Mezzafalce[15] concinnatum videtur. Forma 196×300 mm, charta sinica arundine indica manufacta, divisio paginae in tres columnas xylographice impressa est. Characteres penicillo et manu sinica delineati sunt. Characterum pronuntiatio litteris romanis reddita usque in finem profertur, sed versio latina non excedit tertiam paginam; paginatio defectiva numerat pp. 188, i. e. pp. 4-179-4.

Servatur in *BAV Vat. Estr. Or. 7.*

Continentur: characteres ordine clavium dispositi, litteris romanis redditi et versi usque ad p. 3, post quam raro vertuntur; index clavium ordine phonetico[16].

5) *Lexicon sinico-latinum missionis hispanicae Cantoniensis.*

Exemplar dictionarii P. Basilii exeunte saec. XVIII transcriptum in charta europea, forma 237×357 mm, ligatura in pelle marochina rubra. Paginae delineatae sunt calamo rubro iuxta exemplum glossariorum autographorum P. Basilii. Paginatio originalis numerat pp. 804, ppnc. 7. Characteres penicillo manu satis imperita conscripti sunt. Adsunt plures additiones calamo aut plumbeo stylo in linguis latina, hispanica, gallica, germanica et tartarica.

Servatur in *BAV Borgia cin. 406.*

Continentur: dorsi titulus; glossarium ordine clavium; index characterum[17].

6) *Han Tzu Si Y. Dictionarium iuxta clavium ordinem.*

Exemplar auctum et emendatum a H. Iulio Klaproth, in-4°, russica pelle ligatum, ff. 422 continens.

Servatur in *Br. Mus., Oriental department, Add. 11709.*

Continentur: titulus; dictionarium, tabula characterum ordine tractuum; sententiae cum littera *jan*; tabula characterum ordine alphabetico; addita[18].

---

[15] D. Io. Donatus Mezzafalce, sacerdos italus, missionarius in Sinis a. 1700-07, secundus vicarius ap. de *Chekiang*, biogr. in *SF V*, 444, n. 30.

[16] V. etiam Cordier, *Bibl. sinica*, V, 3910; Pelliot, *Inventaire sommaire*, mss., 79.

[17] Cordier, cit., 3908; Pelliot, cit., 56.

[18] Cordier, cit., III, 1591-92.

7) [Dictionarium sinico-latinum]

Exemplar dictionarii P. Basilii, exeunte saec. XVIII transcriptum, in-folio constans pp. 909-5.

Servatur Londinii, in *India Office, Eur. C. 26.*

Continentur: dictionarium ordine clavium, sine titulo; varius usus particulae *ta*; tabula clavium[19].

b) DICTIONARIUM SINICO-LATINUM ORDINE ALPHABETICO

Hoc secundum lexicon, ordine alphabetico a P. Basilio a. 1699 absolutum[20], praecellit primum iuxta ordinem clavium a. 1694 expletum, eruditione, copia et utilitate. Hucusque huius dictionarii autographum desideratur. Inter multa eius exemplaria adhuc exstantia, praecipua ordine chronologico transcriptionis recensentur infra.

1) *Dictionarium secundum sinico-latinum a Revmo P. Basilio a Glemona Ord. Min., vicario apostolico provinciae Xensi in regno Sinarum, elaboratum. Ex dono Abbatis Mezzafalce a. 1732.*

Exemplar ineunte saec. XVIII transcriptum, forma 200×310 mm, viridi linteo ligatum, tenui charta sinica ex arundine indica confectum. Paginatio complectitur ffnc. 8, ff. 500. Characteres penicillo perita manu sinica scripti sunt; characterum pronuntiatio litteris romanis reddita atque versio latina manu Dni Mezzafalce scriptae sunt.

Servatur in *BAV, Vat. Estr. Or. 3.*

Continentur: titulus, praefatio, notandum: abbreviationes, operum citatorum elenchus; dictionarium ordine alphabetico, a *Cha* ad *Xun*[21].

2) *Incipit vocabularium sinico-europaeum ordine alphabetico.*

Hoc dictionarium, circa a. 1705 absolutum, ostendit dependentiam a dictionario sinico-latino alphabetice digesto P. Basilii, sed complectitur textus sinicos copiosiores. Eius compositio apparet imperfecta. Immerito Dni Rémusat et Klaproth hunc codicem retinuerunt autographum Patris Brollo. Forma 207×282 mm, dorso pelle ligato, charta

---

[19] Ib., 1631. Cordier tamen erronee numerat duo vol. in-4°.

[20] V. supra ep. Brollo 29 iulii 1699, num. 1; ep. 13 nov. 1699, num. 3.

[21] V. etiam Cordier, *Bibl. sinica*, V, 3907; Pelliot, *Inventaire sommaire*, mss., 78.

variae qualitatis; codex numerat ff. 203, ppnc. 5, pp. 78, quarum ultimae octo non ciphratae. Characteres penicillo manu sinica scripti sunt; characterum pronuntiatio litteris romanis reddita est; versio latina generatim, quandoque tamen hispanica, manu europaea scripta.

Servatur in *BAV Borgia cin. 423.*

Continentur: titulus, vocabularium ordine alphabetico, a *Çha* ad *Xun*; variae tabulae utiles. P. Basilius citatur pnc. 71[22].

3) [Dictionarium sinico-latinum ordine alphabetico].

Est exemplar secundi dictionarii P. Basilii, a P. Carolo Orazi anno 1706 transcriptum et in eius libro mss. *Parva Elucubratio* recensitum[23].

Codex forma 147×210 mm, pelle nigra ligatus, charta europaea; constat pp. 1018 (adest etiam p. 1019, sed nihil fert praeter ciphram). Characteres scripti sunt penicillo et manu sinica. P. Carolus scripsit characterum pronuntiationem litteris romanis atque versionem latinam. Exemplar accuratum videtur, si excipiuntur aliquot variationes parvi momenti necnon quaedam additiones a P. Carolo posterius introductae.

Servatur in *BAV, Vat. Estr. Or. 8.*

Continentur: dictionarium a *Çha* ad *Xun*; characteres cyclici; litterae synonimae; litterae matrices seu radicales; tabula characterum ordine radicalium. Datur versio et explicatio 9.000 et amplius characterum sinicorum[24].

4) [Dictionarium sinico-latinum ordine alphabetico].

Hoc exemplar, praecedenti persimile, haud dubie manu P. Caroli Orazi transcriptum est. Codex forma 152×214 mm, nigro linteo, charta europaea; in universum numerat ff. 563, partim alphabetice per fasciculos signata, partim ciphrata aut non, quorum decem vacua manserunt. Characteres eadem manu sinica ac in praecedente exemplari descripti sunt; characterum pronuntiatio litteris romanis reddita atque versio latina eadem manu europea scriptae sunt, scilicet manu P. Caroli.

---

[22] Cordier, cit., 3907; Pelliot, cit., 58.

[23] *Parva elucubratio*, mss., de quo supra n. 8.

[24] V. etiam Civezza, *De lingua sinensi*, 333; De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 563; Cordier, *Bibl. sinica*, V, 3907; Pelliot, *Inventaire sommaire*, mss., 79; Streit, *BM V*, 876, num. 2494.

Servatur Neapoli, in *Bibl. seminarii archiepiscopalis*, mss. *LXVII-9-32.*

Continentur: significationes aliquarum litterarum; lexicon ordine alphabetico; tabula characterum ordine clavium; tabula clavium[25].

5) *Dictionarium sinico-latinum in quo litterae sinicae ordine alphabetico dispositae explicantur, adiuncto quoque indice ad easdem litteras inveniendas in fine, compositum a Ie Xin-fu, minorita italo, vicario apostolico, Revmo P. Basilio a Glemona Ord. Min. S. P. N. Francisci Reform., et ab alio Ie Xin-fu, Fratre Io. Baptista a Serravalle, missionario apostolico in provincia Xensi scriptum.*

Sicut titulus clare indicat, hoc exemplar manu et recensione P. Io. Baptistae Maoletti a Serravalle OFM[26] descriptum fuit. Auctor et transcriptor indicantur eodem cognomine sinico *Yeh* (Ie) et titulo *Shen-fu* (Xin-fu = pater). Codex media pelle et ligneis axiculis ligatus, forma 155×215 mm, numerat ff. 576. Paginatio originalis terminat ad f. 6. Characteres sunt exarati penicillo et manu sinica; characterum pronuntiatio litteris romanis reddita atque latina versio cum multis variationibus manu propria Patris Maoletti transcriptae sunt.

Servatur Florentiae, in *Biblioteca Mediceo-Laurenziana*, mss. *S. Marco 309.*

Continentur: titulus, ordo alphabeti europaei; dictionarium; radicalium index; tabula characterum ordine radicalium; vocabula sensus contrarii; schema novem graduum consanguinitatis paternae; characteres cyclici; characteres annorum 1684-1751; characteres numerici; particulae numerales; cognomina; nomina et characteres 28 constellationum sinicarum[27].

6) *Han Çsu sy ye* [*Han Tzu hsi i*, additis quatuor characteribus]. *Sinicorum characterum europaea expositio.*

Hoc exemplar ad usum et nutum P. Iosephi Cerù[28] a. 1714 incoeptum et a. 1715 expletum est. Codex forma in fol. 215×310 mm, pelle russica ligatus; in tenui charta sinica, numerat ff. 444, 15 (vacua), 44, 218. Videtur esse codex ex quo dictionaria num. 8 et 9 inferius

---

[25] V. Raimundo Telleria, *San Alfonso M. de Ligorio, fundador, obispo y doctor*, Madrid 1951, II, 130, n. 47.

[26] OFM italus, missionarius in Sinis a. 1705-25, biogr. in *SF V*, 514, n. 2.

[27] Patriarca, *Il P. Basilio Brollo*, 71.

[28] P. Ioseph Cerù, sacerdos italus congr. Cleric. Regul. Minorum, missionarius in Sinis a. 1710-21, procurator S. C. in Cantone a. 1713-21, biogr. in *SF V*, 607, n. 14.

descripta dependent. Characteres penicillo et manu sinica delineati sunt; characterum pronuntiatio litteris romanis reddita atque versio latina calamo et manu europaea scriptae sunt.

Servatur Parisiis in *BNP, Chinois 9279.*

Continentur: titulus, dictionarium ordine alphabetico, a *Çsa* ad *Xun*; usus specialis particulae *ta*; particulae numerales; modus enumerandi annos more sinico; divisio imperii sinensis in 15 provinciis; tabula centum et mille numerorum (additio manu Dni Pauthier); cognomina; introductio praevia ad dictionarium non solum utilis sed et necessaria, transcripta a Dno Pauthier; excerptum ex manuscripto nominato *Parva elucubratio*[29]; abbreviationes; tabula characterum ordine clavium; litterae sibi invicem similes[30].

7) *P. Basilii a Glemona dictionarium sinico-latinum.*

Exemplar forma 195×260 mm, pelle fulva et dorso rubro ligatum; duobus praecedentibus codicibus simile apparet; numerat ff. 36. pp. 415. Characteres penicillo et manu sinica; characterum pronuntiatio romanis litteris reddita atque versio latina dictionarii, a p. 1 ad p. 172, haud dubie manu Dni Matthaei Ripa[31]; et a p. 172 ad 415 videtur manu P. Rinaldi a S. Ioseph Romei OCD[32].

Servatur Parisiis in *BNP, Chinois 9280.*

Continentur: dorsi titulus; tabula clavium, tabula characterum ordine clavium, characteres ordine tractuum; dictionarium ordine alphabetico, a *Ça* ad *Xun*[33].

8) *Dictionarium sinico-latinum Reverendissimi P. Basilii a Glemona, itali, missionarii S. C. de P. F. necnon vicarii apostolici provinciae Xensinensis, cum indice copioso characteribus inveniendis accomodato eorumque sinicis elementis ac linearum varie componentium elencho. His accessere sinensium antithetorum, particularum numeralium, vocum quibus additur particula* ta *atque cognominum accuratae collectiones, cum ciclo sinico, constantia et labore, Cantone A. D. 1726.*

---

[29] Opus P. Caroli Orazi, v. supra n. 8.

[30] V. Abel Rémusat, *Plan d'un dictionnaire chinois*, Paris 1814, 24-30; Cordier, *Bibl. sinica*, III, 1591.

[31] Sacerdos italus, missionarius in Sinis a. 1710-23, biogr. in *SF V*, 558, n. 6.

[32] P. Raynaldus a S. Ioseph Romei, OCD italus, missionarius Pekini a. 1720-31, biogr. apud Ambrosium a S. Teresia, *Nomenclator missionariorum*, 320-21.

[33] Cordier, *Bibl. sinica*, III, 1591.

Est exemplar glossarii alphabetici P. Basilii, a. 1726 descriptum. Forma 217×310 mm, pelle fulva ligatum, a Philippo Telli[34] descriptum, Dni Ripa introductione auctum, et postea a P. Carolo Orazi pro impressione ex parte revisum[35]. Constat pp. 10, 668. Characteres penicillo et manu sinica; characterum pronuntiatio romanis litteris reddita atque versio latina quidem manu Dni Telli scriptae sunt.

Servatur in *B. Corsin. 44-A-2* (num. 903).

Continentur: titulus, nomina auctorum; de huius lexici usu; glossarium a *Cha* ad *Zuon*; lateralium (characterum scil.) tractuum penicilli index; divisionum vel dispositionum tractuum penicilli accuratus liber; litterarum tractuum penicilli generale repertorium; oppositarum litterarum index; numerale variarum rerum; modus enumerandi annos more sinico; *Ta zu lien yu* (compositiones cum littera *ta*); imperatoris compositio centum familiarum cognominum; imperium sinense continet 15 provincias[36].

9) *Dictionarium sinico-latinum*, etc. Idem titulus ac dictionarium praecedens.

Est secundum exemplar dictionarii P. Basilii, a Dno Telli a. 1726-33 transcriptum. Codex forma 223×312, pelle marochina rubra cum aureo decorata, charta forte europaea confectus. Paginatio varia et errata apparet: pp. XVI (revera sunt pp. XVIII), ppnc. 6, 514, 114. Characteres sunt scripti manu et penicillo sinico, sed characterum pronuntiatio romanis litteris reddita atque versio latina manu Dni Telli.

Servatur in *BAV, Vat. Estr. Or. 2.*

Continentur: tituli sinici duo; titulus ut supra; nomina auctorum; de huius lexici usu; dictionarium a *Cha* ad *Zuon*; lateralium tractuum penicilli index; divisionum vel dispositionum tractuum penicilli accuratus liber vel repertorium[37].

---

[34] D. Philippus Telli (*Te*), laicus italus, musicus in aula Pekinensi a. 1720-22 et in aula proregis Cantoniensis a. 1723-25. Die 27 dec. 1725 Cantone in Europam profectus, Romam pervenit a. 1727. Dein per tonsuram inter clericos admissus est et in Urbe adhuc a. 1740 memoratur, v. *Mém. CM*, VI, 7, 287; VII, 130, 220; notas mss.

[35] Vide infra ad c, editiones.

[36] *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei. Classe di scienze morali, storiche* ecc., Roma, oct. 1912, 339-40; De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 563; Streit, *BM V*, 875, num. 2494.

[37] Abel Rémusat, *Plan d'un dictionnaire chinois*, 23; Civezza, *De lingua sinensi*, 332; De Vincentiis, cit., 563; Cordier, *Bibl. sinica*, V, 3906-07.

c) EDITIONES

Nescitur an P. Basilius unquam intendit typis vulgare alterutrum suum lexicon. Plures inter missionum superiores. missionarios et laicos, secundum glossarium in bonum publicum edere desideraverunt aut conati sunt, utpote praestantius priore.

D. Car. Thomas Maillard de Tournon a. 1706 iussit Dno Sabino Mariani[38] ut lexicon P. Basilii secum Romam portaret ibique imprimi curaret, cooperante Dno Io. Francisco Nicolai[39]. Dnus Mariani autem impeditus fuit quominus iter arriperet et mandatum legati exequeretur.

Anno 1731, postquam Dnus Telli suam transcriptionem dictionarii P. Basilii[40] Clementi Papae XII donasset, Summus Pontifex Romam vocavit Dnum Ripa eumque quaesivit ut praefatum codicem compleret, characteres sinicos addendo, atque characterum incisioni praeesset. Characteribus ab alumnis collegii S. Familiae[41] additis, Dnus Ripa non potuit eorum incisionem curare sicque negotium suspensum mansit[42].

Exeunte a. 1734, P. Carolus Orazi Romam pervenit et statim tractare coepit ut duo dictionaria typis vulgarentur: scilicet dictionarium sinico-latinum P. Basilii ordine alphabetico digestum, iuxta exemplar ab ipso P. Carolo a. 1706 descriptum[43]; atque dictionarium latino-italico-sinicum, opus magnum et originale ipsius P. Caroli[44]. Cum autem Dnus Telli institerit ut suum exemplar praefereretur, res infectae manserunt[45].

---

[38] D. Tournon, patriarcha Antiochenus, legatus S. Sedis et visitator generalis in Sinis a. 1702-10, biogr. in *SF IV*, 207, n. 3. – D. Mariani, sacerdos saecularis italus, auditor legationis Dni Tournon, missionarius in Sinis a. 1705-19, biogr. in *SF V*, 488, n. 6.

[39] V. ep. Dni Tournon ad P. Bernardinum Mercado OFM, Pekini 25 febr. 1706 datam, summarium in *B. Cas. 1649*, 88-89.

[40] V. exemplar num. 9 supra recensitum.

[41] Collegium pro alumnis sinensibus Neapoli a Dno Ripa fundatum, v. Ripa, *Storia della fondazione*, II, 201-41ss.

[42] Ripa, cit., II, 458-59; De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 565.

[43] Codex in *BAV*, *Vat. Estr. Or. 8*, descriptus supra num. 3.

[44] V. supra ad n. 11.

[45] De Vincentiis, cit., 574.

In Gallia studia sinica tempore D. Stephani Fourmont (1683-1745) florebant. Ipse D. Fourmont sumptibus gubernii ligneos characteres incidere fecit pro suis et alienis operibus sinologicis[46]. Deinde varii sinologi conati sunt edere dictionarium sinico-latinum, praesertim ex tempore quo exemplar glossarii Dni Telli servabatur in bibliotheca regia Parisiensi[47]. Tandem ineunte saeculo XIX, gubernium gallicum demandavit Dno Christiano de Guignes ut spatio trium annorum dictionarium P. Basilii Brollo iuxta dictum exemplar ederet. Dnus de Guignes opus aggressus est, absolvit et ad proelum misit[48]. In Sinis quoque plura sed imperfecta tentamina facta sunt edendi dictionarium P. Basilii.

1) *Dictionnaire chinois, français et latin, publié d'après l'ordre de Sa Majesté l'empereur et roi Napoléon le Grand, par M. de Guignes, résident de France à la Chine, attaché au ministère des relations extérieures, correspondant de la première et troisième classe de l'Institut, à Paris, de l'imprimerie impériale, 1813.*

Impressum in-folio, pp. LVI-1114. Dictionarium ordine clavium digestum est, quia hic ordo utilior videbatur tyronibus europaeis, qui linguae sinicae potius scriptae quam sermoni usitato studebant, etsi exemplar gallico compilatori propositum, id est exemplar dictionarii P. Basilii manu Philippi Telli descriptum, ordine phonetico alphabetico concinnatum fuerit.

Conferendo singulas voces codicis Telli cum illis a Dno de Guignes editis, compilatoris methodus evidenter apparet: editor posuit iuxta ordinem clavium voces sinicas, quas ipse invenit ordine alphabetico dispositas in exemplari Dni Telli; characteri addidit brevem significationem gallico sermone; et adiecit textum latinum P. Basilii iuxta exemplar Dni Telli, una cum variis sensibus vocabuli sinici ac variis sententiis sinicis, litteris dumtaxat romanis redditis; versionem latinam

---

[46] Abel Rémusat, *Etienne Fourmont, savant français*, in *Nouveaux Mélanges asiatiques*, Paris 1829, II, 291-304.

[47] Agitur de codice supra recensito num. 9, nunc in *BAV*, *Vat. Estr. Or.* 2 servato.

[48] Christianus Aloys. Ioseph de Guignes Parisiis 25 aug. 1759 natus, anno 1784 residens Galliae in Sinis et consul Cantone nominatus est; a. 1801 in patriam reversus est et decreto 22 oct. 1808 mandatum recepit dictionarium P. Basilii edendi iuxta exemplar *vaticanum*, i. e. Dni Telli. Dictionario a. 1813 publicato, a variis orientalistis dure reprehensus est. Parisiis 9 martii 1845 obiit, v. *Nouvelle biographie générale*, Paris 1858, t. 22, 567-71.

generaliter ad verbum exscripsit; aliquando tamen quaedam mutavit, sic deturpando P. Basilii praeclaram latinitatem. Unde D. de Guignes accusatus est quod scrinia auctoris P. Basilii compilasset (gall. *plagier*)[49].

2) *Dictionarium sinense-latinum. A. M. D. G. scribebant seminarii Nankinensis alumni, 1847.*

Mimeographice impressum in-8°, pp. 1192, ad usum cleri Nankinensis. Dictionarium ordine clavium dispositum est; est editio practica, nullatenus scientifica, dictionarii a Dno de Guignes impressi, sine tamen gallicis vocabulis[50].

3) *Han iam çu tien* [*Han-Yang tzu-tien*, praemissis istis quatuor characteribus]. *Dictionarium sinico-latinum, auctore M. de Guignes, meliore ordine digestum, characteribus sinicis ad voces in phrasibus appositis et ad puriorem pronunciationem redactum etc., servatis paucissimis exceptis ipsius auctoris verbis, nonnullis linguae sinicae notionibus praemissis, labore, cura ac diligentia P. Hieronymi Mangieri a S. Arsenio, Ord. Min. S. Francisci Ref. ac missionarii apost. in Sinis, Hongkong 1853, typis missionis de Prop. Fide.*

Impressum in-4°, pp. XVIII-1024, ppnc. 5 (errata), ordine clavium digestum iuxta exemplar dictionarii Dni de Guignes. Concordat cum illo exemplari quoad characterum ordinem et numerum. Differt vero omissione versionis gallicae et additione characterum sinicorum *ad voces in phrasibus appositis*. Editores etiam aliquantulum mutaverunt systema pronuntiationem characterum litteris romanis reddendi[51].

4) *Dictionarium linguae sinicae latinum cum brevi interpretatione gallica ex radicum ordine dispositum. A. M. D. G., Hokien-fu 1877, in missione catholica Soc. Iesu.*

Volumen in 8°, pp. XII-781-3 (addenda).

Est editio revisa et aucta dictionarii a Dno de Guignes compilati[52].

---

[49] V. Jul. Klaproth, *Supplément au dictionnaire chinois-latin du P. Basile de Glemona (imprimé en 1813 par les soins de M. de Guignes), publié d'après l'ordre de S. M. le roi de Prusse Fréderic-Guillaume III, par –*, Paris 1819, 129 ss. – Hoc opus eruditum, licet stricte connexum cum dictionario P. Basilii, est dumtaxat eius additio et censura compilationis Dni de Guignes.

[50] V. Cordier, *Bibl. sinica*, III, 1600; Streit, *BM XII*, 259, num. 601.

[51] Cordier, cit., 1590; Streit, *BM V*, 875, num. 2494; *BM XIII*, 351, num. 1608.

[52] V. Civezza, *De lingua sinensi*, 331; Cordier, cit., 1614.

2. – OPERA SINICA

a) *Chien-chen sheng-shih kuei-i*, seu doctrina et ritus sacramenti confirmationis.

Servatur in *BAV*, *Raccolta Gen. Or., III-248.*

Mss., ligatura et charta sinica, ffnc. 23 constat. Praefatio auctoris anno 1689 data est. Veri simile est hunc librum impressum fuisse, sed nullum exemplar servatur[53].

b) *T'ien-chu-chiao yao chu lüeh*, seu compendium doctrinae catholicae scitu necessariae.

Servatur in *BAV*, *Borgia cin. 334.*

Liber xylographice impressus in charta sinica, ligatura sinica chartacea, ff. 20. Complectitur et explicat preces et veritates religionis neophytis propositas. Nulla adest indicatio temporis huius editionis[54].

c) *Brevis methodus confessionis instituendae, non solum confessariis ad linguam erudiendam utilis sed et necessaria, praesertim noviter intrantibus, ut eo citius poenitentiae sacramentum administrare possint, composita a R. P. Basilio a Glemona, vicario apostolico provinciae Xensi, Ord. Min. Ref.*

Editum est uti appendix ad librum P. Francisci Varo OP, *Arte de la lengua mandarina*, Cantone anno 1703 a P. Petro de la Piñuela OFM editum.

Servatur in *BAV*, *Raccolta Gen. Or. III-246*, int. 7.

Brevis methodus confessionis, xylographice impressum super foliis plicatis, charta sinica, forma 180×270 mm; numerat ff. 10. Datur textus latinus et textus sinicus, sine characteribus, i. e. pronuntiatio litteris romanis dumtaxat data est[55].

---

[53] V. catalogum Petri de la Piñuela in *SF IV*, 331; Pelliot, *Inventaire sommaire*, mss., 105.

[54] *SF IV*, 331; Huerta, *Estado geográfico*, 432; Pelliot, cit., 35.

[55] Cordier, *Bibl. sinica*, III, 1651-58; et V, 3912-13; Pelliot, cit., 102; De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 124-25, 565-66; Rosso, *Pedro de la Piñuela*, 269-71.

D – APPENDIX

DOCUMENTA A. 1684-1697 AD MISSIONEM SPECTANTIA ET A P. BASILIO BROLLO TRANSCRIPTA.

P. Basilius Brollo, dum munus provicarii Dni Bernardini Della Chiesa exercuit[1], plura documenta ex archivo eius vicariatus apostolici[2] propria manu descripsit et ad S. C. de P. F. remisit. Hae epistolae et relationes, labore et diligentia P. Basilii conscriptae, usque in praesentem diem in archivo S. C. asservantur. Haec scripta magnopere pertinent ad historiam missionis sinensis abundeque illustrant activitatem Illmi D. Della Chiesa in bonum totius huius imperii christianitatis.

Inter haec 59 documenta, quindecim spectant ad a. 1684, quindecim ad a. 1689, quattuordecim ad a. 1690, quinque ad a. 1685, quattuor ad a. 1688, tria ad a. 1697, duo ad a. 1686, unum ad a. 1694. Inter illa adsunt novem epistolae ipsius Dni Della Chiesa ac septemdecim epistolae ab aliis missionariis illi datae; 25 exemplaria a sacerdotibus MEP scripta sunt, 24 a Fratribus Minoribus ac quattuor a Patribus SI.

Quae transumpta in sequenti elencho chronologice disposuimus et breviter descripsimus.

1 – ACTA DECRETORUM INTIMATIONIS, A D. PHILIBERTO LE BLANC[3], CANTONE 16 FEBRUARII 1684 FACTAE.

Textus adest in ep. P. Augustini a S. Paschali[4] 15 dec. 1684, v. infra num. 14. – In *SF III*, 545-49 iam editus est.

---

[1] P. Basilius fuit provicarius Dni Della Chiesa a mense apr. 1685 usque ad a. 1700, quando breve recepit quo vic. ap. de *Shensi* electus est, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 24; ep. 28 ian. 1700, num. 1.

[2] D. Della Chiesa, successor Dni Pallu, erat vic. ap. novem provinciarum usque ad mensem sept. 1687, quando breve recepit quo quattuor prov. vicarius ap. renuntiatur; et in possessione huius vicariatus perseveravit usque ad mensem oct. 1699; hoc tempore enim possessionem dioecesis Pekin. per procuratorem iniit, v. *SF V*, 134, 400-02, 405-07.

[3] MEP gallus, provicarius Dni Pallu a. 1684, missionarius in prov. *Fukien* a. 1684-1701, dein vic. ap. de *Yünnan*, postea episc. tit. Troadensis electus, biogr. in *SF III*, 544, n. 1.

[4] OFM hisp., iam a. 1671-1684 missionarius in prov. *Fukien* et *Shantung*, commissarius prov. a. 1686-90, dein usque ad a. 1697 missionarius de *Kwangtung*, biogr. in *SF III*, 333-36.

2 – P. FRANCISCI PERIS[5] LITTERAE PATENTES AD P. AUG. A S. PASCHALI, CANTONE 16 FEBRUARII 1684.

Textus ib., v. infra num. 14; in *SF III*, 549-50 iam editus est. Adest insuper versio italica huius documenti a P. Basilio facta, in *APF SR Congr. 3*, 549.

3 – D. PHILIBERTI LE BLANC RESPONSUM AD HAS PATENTES LITTERAS, CANTONE 16 FEBRUARII 1684.

Textus in cit. ep. P. Augustini, v. infra num. 14; in *SF III*, 550-51 iam editus.

4 – P. FRANCISCI PERIS PROTESTATIO CORAM D. PHIL. LE BLANC, CANTONE 16 FEBRUARII 1684.

Textus ib., v. infra num. 14; ib., 552-56 iam editus.

5 – ACTUS ACCEPTATIONIS HUIUSCE PROTESTATIONIS A DNO LE BLANC, CANTONE 16 FEBRUARII 1684.

Textus ib., v. infra num. 14; ib., 556 editus.

6 – P. FRANCISCI PERIS PETITIO FACULTATUM A DNO LE BLANC, CANTONE 5 MARTII 1684.

Textus ib., v. infra num. 14; ib., 557-59 editus.

7 – RESPONSUM DNI LE BLANC AD HANC PETITIONEM, CANTONE 6 MARTII 1684.

Textus in cit. ep., v. infra num. 14; ib., 559 editus. – Aliud exemplar adest etiam in scriptura P. Augustini quae incipit: *Supuesta la intimación*, v. infra num. 15.

8 – P. AUGUSTINI A S. PASCHALI EPISTOLA AD DNUM LE BLANC, CANTONE 6 APRILIS 1684.

Textus in scriptura cit. P. Augustini *Supuesta* etc., v. infra num. 15. – Haec ep. in *SF III*, 542-43 iam edita est.

---

[5] OFM hisp., missionarius in *Kwangtung* a. 1672-88, commissarius prov. a. 1682-85, biogr. in *SF IV*, 3-6.

9 – D. FRANCISCI PALLU[6] LITTERAE AD P. FRANCISCUM PERIS, CHÜANCHOW-FU[7] 4 MAII 1684.

Textus in ep. P. Augustini 15 dec. 1684, v. infra num. 14; in *SF III*, 561-62 iam editus.

10 – ILLMI PALLU LITTERAE PATENTES AD D. CAROLUM MAIGROT[8], MUYANG[9] 23 IULII 1684.

V. infra num. 18.

11 – ILLMI PALLU LITTERAE PATENTES AD EUNDEM, MUYANG 24 IULII 1684.

V. infra num. 18.

12 – P. FRANCISCI PERIS EPISTOLA AD DNUM PALLU, MACAI 16 NOVEMBRIS 1684.

Textus in *APF SR Congr. 3*, 454 r-v. Haec ep. iam edita est in *SF IV*, 47-49.

13 – DNI CAR. MAIGROT EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, S. L., MENSE NOVEMBRI 1684, CUM ADNOTATIONIBUS P. BASILII PRO CARDINALIBUS S. C.

Textus in *APF SR Congr. 4*, 157-58v.

Est responsum ad epistolam Dni Della Chiesa, 13 oct. 1684 ad Dnum Pallu datam[10], quae solum post eius mortem[11] ad manus Dni Maigrot pervenerat.

P. Basilius hanc epistolam fideliter transcribit, 14 adnotationes addens. Agitur de executione decreti circa iuramentum[12], a Dno Maigrot rigide expostulata, quam D. Della Chiesa prudenter ad tempus suspendere voluit[13].

---

[6] MEP gallus, episc. tit. Heliopolitanus, vic. ap. novem provinciarum meridionalium, biogr. in *SF III*, 97, n. 1.

[7] Civ. et portus de *Fukien*, christianitas OP hisp.

[8] MEP gallus, socius Dni Pallu, missionarius in Sinis a. 1684-1707, dein vic. ap. de *Fukien* ab a. 1687 et electus a. 1696 episc. tit. Conon., v. *SF V*, 159, 382.

[9] *Mu-yang*, pagus in districtu *Fuan-hsien* (*Fukien*), christianitas OP hisp., v. *SF V*, 185.

[10] Textus huius ep. Dni Della Chiesa in *SF V*, 60-61.

[11] D. Pallu *Mu-yang* 29 oct. 1684 obiit, v. Baudiment, *Pallu*, 457; Launay, *Mémorial*, II, 489.

[12] S. C. decretum 29 ian. 1680, textus apud Maas, *Cartas*, II, 147-51.

[13] V. supra ep. Della Chiesa 5 martii 1696, num. 2; totius quaestionis expositionem in *SF V*, XXXVII-VIII.

P. Basilius in omnibus modum agendi Dni Della Chiesa vindicat, cuius iurisdictio non est – uti D. Maigrot insinuat – illa apostolici provicarii[14], sed illa vicarii apostolici qui in administrationem totius missionis vicario defuncto succedit[15].

14 – P. AUGUSTINI A S. PASCHALI EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, CANTONE 15 DECEMBRIS 1684.

Textus in *APF SR Congr. 3*, 540-44v. Haec ep. in *SF III*, 544-67 edita est.

Haec ep. ad petitionem Dni Della Chiesa scripta[16], continet relationem illorum quae Cantone acta sunt inter Dnum Le Blanc, Illmi Pallu provicarium, et P. Franciscum Peris ac P. Augustinum a S. Paschali. In ea continentur epistolae supra citatae, num. 1 usque 7 atque 9.

15 – SCRIPTUM P. AUGUSTINI A S. PASCHALI DE ADMINISTRATIONE REGULARIUM SINE IURAMENTO S. A. [1684].

Duo exemplaria in *APF SR Congr. 2*, 123-32 et 190-99.

Agitur de scriptura theologico-iuridica cui titulus: *Supuesta la intimación* etc., cuius parvum excerptum in *SF III*, 567-70 editum est. In ea continentur documenta de quibus supra num. 7 et 8.

16 – RELATIO DE ITINERE PEKINO MOSKUAM, S. A. [IAN. 1685].

In *APF SR Congr. 2*, 210; transumptum in *SR Congr. 26*, 80 r-v.

Haec relatio in archivo S. C. asservatur una cum magna relatione Illmi Della Chiesa ineunte ian. 1685 confecta[17], eamque immediate sequitur; unde verisimile videtur has duas relationes eodem tempore scriptas et Romam missas fuisse.

---

[14] D. Pallu enim Dnum Della Chiesa die 17 iulii 1684 in provicarium quinque provinciarum elegit, textus huius decreti supra inter ep. P. Basilii, docum. 21 nov. 1689, *ad sextum*.

[15] Virtute brevis *Illis quae ad felicem* 16 martii 1682, textus in *SF V*, XLI, n. 6.

[16] P. Augustinus hanc ep. incipit dicens: *Obtempero petitioni ne dicam mandato mihi imposito a D. V.*, v. *SF III*, 544.

[17] Relatio edita in *SF V*, 76-94.

P. Brollo relationem huius itineris Pekino Moskuam, ab alio missionario exaratam[18] et in 4 paragraphos distinctam, transcripsit et ad S. C. misit: peragratis civitatibus Nertchinsk, Selenginsk et Tobolsk (Siberiae metropoli), dein transfretato lacu Baikal, tandem via fluviali, scil. per flumen Yenisei, ad metropolim Moskuam pervenitur.

Auctor suam relationem his verbis concludit: *Haec sunt quae colligere potui ex responsis variorum hominum qui has terras peragrarunt, quosque diligenter super omnibus ad hoc iter pertinentibus interrogavi.*

17 – EPISTOLA CHRISTIANORUM COCINCINAE AD ILLMUM LANEAU[19], CACHAO 18 MARTII 1685.

In *APF SR Congr. 5*, 1r-v.

Haec epistola data est anno sexto regni *Bua Chinh-hóa*[20], die 14 secundae lunae, i. e. anno Christi 1685, die 18 martii. Agitur de querelis fidelium circa vitam et mores sacerdotum indigenarum et gallorum[21].

18 – LITTERAE PATENTES ILLMI PALLU ET TESTIMONIUM CIRCA EAS, CANTONE 11 APRILIS 1685.

Textus in *APF SR Congr. 4*, 210 et 212, duo transumpta.

P. Basilius transcribit litteras patentes 23 iulii 1684 quibus D. Maigrot, casu Illmi Pallu obitus, provicarius 4 provinciarum renuntiatur[22]; ac illas 24 iulii 1684 quibus idem D. Maigrot vice-administrator generalis nominatur[23].

P. Basilius eas describit ex textu a D. Maigrot Cantone allato et Illmo Della Chiesa exhibito[24]. Quoad primas, observat quod P. Varo[25] eas authentice

---

[18] Ad calcem huius documenti, P. Basilius adnotat: *Ho procurato questa relatione del viaggio per terra da Moscovia alla China, qual mando per sperare non sia discara alla S. C.*, v. *APF SR Congr. 2*, 210v.

[19] D. Lud. Laneau, MEP gallus, missionarius in Siamo ab a. 1664, dein episc. tit. Metellopolitanus et vic. ap. de Siamo a. 1674-96, biogr. in *SF III*, 178, n. 3.

[20] *Bua* = rex; *Chinh-hoa* = nomen regni, sinice *Cheng-ho*.

[21] V. etiam aliam eorundem fidelium ep. ad D. Laneau a. 1686, in *ARSI JS 93*, 94.

[22] I. e. de *Fukien, Kiangsi, Hukwang* et *Chekiang*, textus decreti etiam in *APF SR Congr. 3*, 465; *AME 403*, 45.

[23] Textus huius decreti etiam in *APF*, cit., 466.

[24] DD. Maigrot et López Cantonem 31 martii 1685 pervenerunt, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 14 et 15 ac n. 68.

[25] P. Franc. Varo, OP hisp., missionarius in *Fukien* a. 1649-87, biogr. in *SF II*, 397, n. 4.

recognovit; et adiungit: *Ego Fr. Basilius a Glemona, notarius ap., suprascriptas litteras de verbo ad verbum transcripsi, etiam cum erroribus grammaticalibus qui ibi continentur, et in fidem convenientiae cum exemplaribus per D. C. Maigrot traditis proprium sigillum apposui.*

Quoad alteras, P. Brollo adnotat eas authentice recognitas fuisse a P. Emm. Trigueros[26] et ab Illmo López[27]. Deinde addit: *Illmus D. Basilitanus praesens testatur se hic nil aliud testari nisi suprascriptas litteras esse manu patris Trigueros conscriptas, et similes alii exemplari quod manu Illmi D. Heliopolitani conscriptum esse dixerunt, quam ille non cognoscit nec se sigillum vidisse meminit. De quo tamen dubitandum videtur, cum aliae litterae eodem fere tempore ad Illmum Argolicensem datae*[28], *habeant vero ceram et locum sigilli, non autem sigillum. Ego Fr. Basilius a Glemona, notarius ap., suprascriptas litteras de verbo ad verbum transcripsi et in fidem convenientiae cum exemplaribus per D. C. Maigrot traditis, proprium sigillum apposui.*

19 – EPISTOLA IOSEPHI CARDOSO[29] AD ILLMUM DELLA CHIESA, MACAI 20 SEPTEMBRIS 1685.

In *APF SR Congr. 4*, 274; versio italica in *SO CP 1686-89*, 359-60.

Haec epistola etiam a 9 viris lusitanis[30] subsignata est; hi omnes apud D. Della Chiesa accusationem deferunt contra missionarios MEP in Cocincina, nominatim contra D. Toussaint Féret[31]. Epistola transcripta, P. Basilius addit:

Così ad litteram come sta la detta lettera, qual mando in suo natural idioma perchè con gl'errori che tiene mi sarebbe difficile darli buon senso italiano. Le casce[32] *che dice, mi son informato che sono come quelle di China, delle quali circumcirca 5 fanno un soldo venetiano, e mille poco più d'uno scudo romano. Li termini difficili sono: nave* Agea. Agea *credo sia il nome*

---

[26] P. Praes. Emm. Trigueros, OP hisp., missionarius in *Fukien* a. 1680-93, biogr. in *SF III*, 234, n. 3.

[27] D. Greg. López, OP sinensis, missionarius in Sinis a. 1654-91, episc. tit. Basilitanus et vic. ap. Nankinensis a. 1685-91, biogr. in *SF II*, 363, n. 5.

[28] Litterae patentes 17 iulii 1684, v. supra n. 14.

[29] Dux navis lusitanus, Macai tunc degens, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 20.

[30] Nautae navis *Aguia*, quae a. 1684-85 per octo menses in Cocincina commercii causa degit. – Aliud exemplar ep. Dni Cardoso servatur in *ARSI JS 68*, 252.

[31] D. Tussanus Féret MEP, v. supra ep. 6 oct. 1685, num. 20 et n. 2.

[32] *Casce, caixas* moneta in variis Asiae regionibus tunc usitata, v. Giles, *A glossary of reference*, 31; Margiotti, *Il cattolicismo nello Shansi*, 375.

della nave[33]. Varela *è un pagode o tempio d'idoli di Cocincina che si scuopre sin nel mare.* Mossa *è concubina.* Sela *è sua stanza o camera*[34].

20 – D. CAROLI MAIGROT EPISTOLA AD SUPERIORES RELIGIONUM IN SINIS, KANCHOW (KIANGSI) 9 OCTOBRIS 1685.

Ex. in *APF SR Congr. 5*, 375v-78.

Haec ep. data est superioribus ordinum S. Francisci, S. Dominici ac S. Augustini. Iam edita est in *AIA* 12 (1919), 211-18; et in *SF III*, 679-99 ad calcem paginarum.

21 – LIBELLUS SUPPLEX CHRISTIANORUM DE KIENNING-HSIEN ILLMO D. DELLA CHIESA OBLATUS, S. A. [1686].

Textus sinicus et versio italica P. Basilii in *APF SR Congr. 5*, 31r-v. Hic libellus episcopo oblatus est mense iunio 1686 in civ. *Kanchow-fu* prov. *Kiangsi* ab ipsis christianis de *Kienning* (*Fukien*)[1].

Hic libellus subsignatus est a Iuliano *Ning*, Philippo *Hsieh*, necnon ab aliis 117 fidelibus, qui omnes enixe petunt ut P. Petrus de la Piñuela[2] ad eos revertatur. P. Petrus iam fuit missionarius prov. *Fukien* a. 1676-85. Mense ian. 1685 a superioribus vocatus, Cantonem petiit ibique curam sumpsit ecclesiae B. M. V. de Portiuncula[3] usque ad mensem maium, quando uti socius Dnum Della Chiesa comitatus est in eius prima visitatione pastorali[4]. P. Petrus exeunte mense febr. 1686 Cantonem regressus est et per aliquot menses in ecclesia S. Francisci extra muros huius civ. remansit[5]. Mense aug. 1686 primus missionarius novae ecclesiae de *Chaochow-fu* renuntiatus est, in qua per unum annum degit[6]; dein missus est in prov. *Kiangsi*

---

[33] I. e. aquila, lusitanice *águia*: nomen huius navis Macaonensis.

[34] *Moça* = puella: *cela* = cellula. – D. Laneau defensionem Dni Féret in se assumpsit, v. eius ep. ad P. Basilium 22 iunii 1686, 8 maii 1691 et 26 iunii 1692, textus in *APF SO CP 1686-89*, 22-23; *SO CP 1691-98*, 172-78.

---

[1] V. ep. Dni Della Chiesa 4 nov. 1686, num. 2, ed. in *SF V*, 122; hic agitur de libello supplici de quo ib., n. 10. – Versio gallica huius libelli servatur in archivo dioecesis de *Ningpo* (*Chekiang*): ibi erronee tamen describitur uti libellus ad Smum P. datus. – P. Petrus de la Piñuela a. 1682 ecclesiam urbis *Kienning-hsien* aperuerat, v. *SF IV*, 292, num. 26.

[2] OFM mexic., missionarius in Sinis a. 1676-1704, biogr. in *SF IV*, 253-56.

[3] V. supra ep. 6 oct. 1685, num. 8 ad n. 48; *SF IV*, 298, num. 8; 299, num. 2.

[4] V. supra ep. Della Chiesa 6 martii 1686 ad cardinales, num. 8, n. 14; *SF IV*, 299.

[5] *SF IV*, 303, num. 4.

[6] Notae biogr. in *SF IV*, 255 corrigendae sunt: P. Bernardinus Mercado enim fuit novus missionarius et socius P. Petri in missione de *Chaochow-fu* (*Kwangtung*);

uti primus minister ecclesiae de *Nanan-fu*[7]. – Etsi P. Piñuela alibi destinatus sit, petitio tamen christianorum de *Kienning* a commissario provinciali[8] exaudita est: duo enim fratres, PP. Ios. Navarro[9] et Augustinus Rico[10], hoc a. 1686 ad missionem prov. *Fukien* destinati sunt[11].

22 – EXCERPTUM E CASIBUS PROPOSITIS A DNO COURTAULIN, PROVICARIO COCINCINAE[12], ET EIUSDEM MANU SCRIPTIS, S. A. [1686].

Duo ex. in *APF SR Congr. 2*, 226-27; et *SR Congr.* 4, 707r-v.

Agitur in primo casu de liceitate assistendi prandio novi matrimonii et quaedam munera offerendi, etiam si matrimonium illegitime vel invalide contractum sit; in altero casu vero de liceitate participandi ludis super aquas quotannis publice peractis.

23 – P. AUGUSTINI A S. PASCHALI EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, CANTONE 6 FEBRUARII 1688.

Textus in *APF SR Congr. 5*, 46.

Haec ep. in *SF III*, 627-28 iam edita est.

24 – EIUSDEM P. AUGUSTINI EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 26 APRILIS 1688.

Textus in *APF* cit., 46 r-v.

Edita in *SF III*, 268-29.

---

ex ep. P. Mercado probatur P. Petrum mense sept. 1686 in *Chaochow* pervenisse ibique remansisse usque ad mensem aug. 1687, v. ep. Mercado 5 ian. 1687 et 20 dec. 1687 postea in hac collectione edendas; v. etiam *SF III*, 604, num. 2.

[7] V. citatas ep. P. Mercado; *SF III*, 639-40. P. Petrus 2 nov. 1687 in *Nanan-fu* pervenit.

[8] P. Aug. a S. Paschali, commissarius prov. a. 1686-90.

[9] P. Ios. Navarro, OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1686-1709, biogr. in *SF III*, 605, n. 3.

[10] P. Aug. Rico, OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1686-92, biogr. in *SF III*, 604, n. 7.

[11] Exeunte a. 1686 in *Fukien* destinati fuere et profecti sunt, v. *SF III*, 610, 636 ss.; v. etiam supra ep. P. Basilii 24 nov. 1686, n. 4.

[12] D. Io. Courtaulin de Maguelonne, MEP gallus, missionarius in Siamo a. 1672-73, provicarius in Cocincina a. 1674-85, biogr. in Launay, *Mémorial*, II, 158-59.

25 – P. IOANNIS BAPT. MALDONADO[13] EPISTOLA AD P. FRANC. XAV. FILIPPUCCI[14], SIAMI 27 NOVEMBRIS 1688.

Textus in *APF*, cit., 243-44.

Haec ep. lingua lusitana conscripta est; agitur de insurrectione Siamensi et de erroribus a clericis gallis commissis[15].

26 – BREVIS RELATIO DE INSURRECTIONE SIAMENSI A. 1688, S. A. [1688].

Textus ib., 2.

Notitiae de sorte Constantini Phaulkon[16], Illmi D. Laneau[17] et missionariorum gallorum perdurantibus his turbationibus[18].

27 – P. AUGUSTINI A S. PASCHALI EPISTOLA AD DD. LOPEZ ET DELLA CHIESA, CANTONE 20 IANUARII 1689.

Ex. in *APF SR Congr. 5*, 46v-47.

Ep. in *SF III*, 675-78 iam edita.

28 – P. LUCAE ESTEVAN[19] EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, CANTONE 29 IANUARII 1689.

Textus in *APF*, cit., 47 v.

Ep. in *SF IV*, 440 edita.

---

[13] SI belga prov. Iaponiae, missionarius in Siamo et Cambodia a. 1667-99, biogr. in *SF V*, 211, n. 1.

[14] SI italus prov. Iaponiae, missionarius in Sinis a. 1671-92, provincialis a. 1680-83 ac visitator a. 1688-91, qui ineunte a. 1688 munus visitatoris inierat, biogr. in *SF III*, 584, n. 1.

[15] V. etiam ep. P. Maldonado ad P. Thyrsum González 26 nov. 1688, in *APF*, cit., 225-27.

[16] Biogr. Dni Constantini in *SF III*, 756, n. 7.

[17] Vic. ap. de Siamo, v. supra docum. 17, n. 19.

[18] V. etiam *SF III*, 755-67; *SF V*, 77, 206, 233, 270 ss.

[19] OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1680-91, biogr. in *SF IV*, 415-17. Hoc a. 1689 erat minister ecclesiae B. M. V. de Portiuncula in Cantone.

29 – P. AUGUSTINI A S. PASCHALI EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, CANTONE 26 FEBRUARII 1689.

Ex. in *APF*, cit., 47 r-v.

Haec ep. in *SF III*, 699-701 publicata est.

30 – NOVA DECRETORUM INTIMATIO A D. CAROLO MAIGROT FACTA P. AUGUSTINO A S. PASCHALI, CANTONE 14 MARTII 1689.

Textus in *APF*, cit., 336.

Iam in *SF III*, 702-04 edita est. Hoc documentum etiam a P. Io. Francisco Nicolai transcriptum est[20].

31 – RESPONSUM P. AUGUSTINI, CANTONE 15 MARTII 1689.

Ex. in *APF*, cit., 336 r-v.

Iam editum est in *SF III*, 704-06. P. Nicolai hoc responsum etiam transcripsit[21].

32 – D. CAROLI MAIGROT RESCRIPTUM AD P. AUGUSTINUM, CANTONE 16 MARTII 1689.

Ex. in *APF*, cit., 336 v.

Editum est in *SF III*, 706; exstat etiam exemplar manu P. Nicolai conscriptum[22].

33 – EPISTOLA P. AUGUSTINI AD DNUM MAIGROT, CANTONE 22 MARTII 1689.

Ex. in *APF*, cit., 336-37v.

Editum in *SF III*, 707-09; etiam P. Nicolai hanc ep. descripsit[23].

---

[20] V. supra app. Nicolai, num. 25.

[21] Ib., num. 26.

[22] Ib., num. 27.

[23] Ib., num. 28. – Adsunt etiam exemplaria a P. Augustino Rico facta, in *APF SR Congr. 5*, 343-45.

34 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM MAIGROT, WUCHANG 16 IUNII 1689.

Textus in *APF SR Congr. 5*, 374.

Iam edita est in *SF V*, 178-80.

35 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD SUPERIORES PROVINCIALES ORDINUM S. FRANCISCI ET S. AUGUSTINI MANILAE, WUCHANG 16 IUNII 1689.

Ex. in *APF* cit., 374 v.

Summarium in *SF V*, 180, editum est.

36 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM MAIGROT, NANKINI 28 IUNII 1689.

Textus in *APF*, cit., 375.

Summarium in *SF V*, 181 editum est. – P. Basilius, antequam hanc epistolam transcripsit, sequentem introductionem ponit a Dno Della Chiesa factam: *Revmus D. Maigrot, provicarius Fukiensis et Sinarum pro-administrator, suis ad me litteris 28 maii 1689 datis, petit iubeam P. Fr. Basilium a Glemona, meum socium et provicarium, explicare illa mendacia de quibus olim eius pastoralem epistolam*[24] *incusaverat. Cui haec responsio data est*[25].

37 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM MAIGROT, SHANGHAI 13 AUGUSTI 1689, UNA CUM COMMENTARIO EIUSDEM AUCTORIS PRO CARDINALIBUS.

Ex. in *APF SR Congr. 5*, 380-83 v.

Summarium huius ep. et textus adnotationum edita sunt in *SF V*, 182-87.

38 – D. CAROLI MAIGROT EPISTOLA AD P. BAS. BROLLO, SHAOCHOW-FU[26] 24 AUGUSTI 1689.

Textus in *APF*, cit., 386-87.

D. Maigrot respondit adnotationibus a P. Basilio in eius pastoralem factis[27].

---

[24] Agitur de ep. Dni Maigrot 9 oct. 1685, de qua supra num. 20.

[25] V. etiam supra inter ep. P. Basilii eius responsum, ep. 28 iunii 1689.

[26] *Shaochow-fu* in prov. *Kwangtung*, christianitas MEP.

[27] V. supra ep. P. Basilii 28 iunii 1689.

39 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, SHAOCHOW-FU 2 NOVEMBRIS 1689.

Duo ex., unum in *APF SR Congr. 5*, 442; alterum in *B. Fabr. 49.*

V. responsionem Dni Della Chiesa 17 ian. 1690, supra editam.

40 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD P. BASILIUM, SHAOCHOW-FU 2 NOVEMBRIS 1689.

Duo ex., unum in *APF*, cit., 445; alterum in *B. Fabr. 49.*

V. responsum P. Basilii 17 ian. 1690 supra editum.

41 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM MAIGROT, SHANGHAI 17 NOVEMBRIS 1689.

Textus in *APF*, cit., 475 r-v.

Summarium iam in *SF V*, 211 editum est; v. etiam ep. P. Basilii ad D. Maigrot 18 nov. 1689 supra editam; ac adnotationes eius super responsis Dni Maigrot, 21 nov. 1689 datas.

42 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM MAIGROT, SHANGHAI 17 IANUARII 1690.

Duo ex., unum in *APF*, cit., 442; ac in *B. Fabr. 49.*

Haec ep. supra edita est inter episcopi epistolas.

43 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD ILLMUM DELLA CHIESA, CANTONE 12 MARTII 1690.

Duo ex., unum in *APF*, cit., 445 r-v; alterum in *B. Fabr. 49.*

D. Lud. Quemener[1] Urbem petit ad iustam famam sacerdotum gallorum tuendam. Ipse D. Maigrot, vicarius ap. de *Fukien* electus[2], iurisdictione gaudet a quovis alio vicario ap. independente.

---

[1] MEP gall., missionarius in Sinis a. 1684-90 et 1701-04, biogr. in *SF III*, 599, n. 4.

[2] Brevi 5 febr. 1687 electus, v. *SF V*, 159, n. 8.

44 – D. CAROLI MAIGROT EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, SHAOCHOW-FU 10 APRILIS 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 445v; et in *B. Fabr. 49.*

De iurisdictione vicariorum ap.; de S. C. decretis obedienter acceptandis; de obligatione ei manifestandi omnia quae ad S. Sedem delata sunt[3] ut sese defendere posset.

45 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD P. BASILIUM, SHAOCHOW-FU 12 APRILIS 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 449; ac in *B. Fabr. 49.*

Omnibus canonicis viis P. Basilium constringere vult ad communicanda ea quae contra D. Maigrot ad S. Sedem conscripsit.

46 – DNI ART. DE LIONNE[4] EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, FOOCHOW[5] 29 APRILIS 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 449v-50; ac in *B. Fabr. 49.*

Est responsum ad ep. Dni Della Chiesa *Shanghai* 20 febr. 1690 datam, cuius textus nos latet. D. Lionne protestatur nihil esse quod, pro concordia inter sacerdotes MEP et Dnum Della Chiesa restauranda, facere aut pati recusat[6].

47 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, SHAOCHOW-FU 25 MAII 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 446; ac in *B. Fabr. 49.*

D. Maigrot sibi vindicat totam iurisdictionem in prov. *Kwangtung.* Denuo exigit manifestationem accusationum contra eum factarum, ut sese purgare queat[7].

---

[3] Agitur de propositionibus supra editis in ep. P. Basilii 6 oct. 1685, num. 29.

[4] MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1689-1702, biogr. in *SF III*, 737, n. 1. – D. Della Chiesa et P. Basilius iam in missione siamensi Dnum Lionne cognoverant (a. 1682-84).

[5] Metropolis de *Fukien.*

[6] V. responsum Dni Della Chiesa 4 iulii 1690, v. infra num. 53; summarium in *SF V*, 218-19.

[7] V. responsum eiusdem episcopi 5 iunii 1690, summarium ib., 215.

48 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD P. BASILIUM, SHAOCHOW-FU 25 MAII 1690.

Duo ex., in *APF.*, cit., 449; ac in *B. Fabr. 49.*

D. Maigrot, post regressum P. Basilii in Cantonem[8], sperat facilius obtinere communicationem eorum quae Romam contra eum delata sunt. P. Basilius ad calcem epistolae addit: *Binis suprascriptis epistolis* [Dni Maigrot 12 apr. et 25 maii 1690] *quibus tot crimina – nescio quo fundamento – mihi cumulat, ut ex mea parte igni furenti ligna substraherem, hanc unicam et brevissimam reddidi.* Sequitur parva ep. P. Basilii 5 iunii 1690, supra inter eius ep. edita.

49 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM MAIGROT, CANTONE 5 IUNII 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 446; ac in *B. Fabr. 49.*

Praecipuum excerptum in *SF V*, 215 iam editum est. V. etiam responsum P. Basilii 5 iunii 1690 supra editum.

50 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, SHAOCHOW-FU 22 IUNII 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 446 r-v; ac in *B. Fabr. 49.*

Querelae de accusatione P. Basilii contra eum; dubia de vicario ap. qui provinciam *Kwangtung* administrare debet[9].

51 – DNI MAIGROT SOLEMNIS PROTESTATIO, SHAOCHOW-FU 23 IUNII 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 446v-47v; et in *B. Fabr. 49.*

Haec protestatio in scriptis contra Dnum Della Chiesa eiusque provicarium P. Basilium propter accusationes Romam delatas[10], die 27 iunii 1690 in ipsa metropoli Cantoniensi illis intimata est a Dno Lud. de Cicé[11]. – P. Basilius adnotat: *Huic protestationi verbotenus responsum fuit, ostendendo supradicto Dno Lud. de Cicé doctrinam Caesaris Carenae, De officio S. Inquisitionis, pars I, tit. 8, paragr. 10, n. 66, ubi ait: Si tamen episcopi vel inquisitores revelarent huiusmodi secreta S. Officii, nullam quidem censuram incurrerent; peccarent tamen mortaliter*[12].

---

[8] D. Della Chiesa et P. Basilius Cantone 22 nov. 1687 profecti erant pro visitatione vicariatus *Chekiangensis*; hortatu Dni López Cantonem a. 1690 regressi sunt ibique 31 maii pervenerunt, v. *SF V*, 6; et supra ep. P. Basilii 17 ian. 1690, n. 5.

[9] V. argumentationem Dni Della Chiesa, sibi totam iurisdictionem in illa provincia tribuentis, in *SF V*, 230-42.

[10] V. supra n. 3.

[11] MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1684-1696, provicarius Dni Maigrot pro *Kwangtung*, superior residentiae MEP Cantone, biogr. in *SF III*, 676, n. 2.

[12] V. Caesaris Carenae *Tractatus de officio SSmae Inquisitionis*, Lugduni 1669, 32.

52 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM MAIGROT, CANTONE 27 IUNII 1690.

Duo ex. in *APF SR Congr. 5*, 447v-48; ac in *B. Fabr. 49*.

Haec ep. iam in *SF V*, 216-18 edita est.

53 – DNI DELLA CHIESA EPISTOLA AD DNUM DE LIONNE, CANTONE 4 IULII 1690.

Duo ex. in *APF*, cit., 450-51; ac in *B. Fabr. 49*.

Summarium huius ep. in *SF V*, 218, publicatum est. Est responsum ad litteras Dni de Lione 29 apr. 1690, v. supra num. 46.

54 – DNI MAIGROT EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, SHAOCHOW-FU 14 IULII 1690.

Duo ex., in *APF*, cit., 448r-v; et in *B. Fabr. 49*.

D. Maigrot vindicat et sustentat protestationem quam 23 iunii 1690 fecit, v. supra num. 51. Crisi submittit ius in provinciam *Kwangtung* quod D. Della Chiesa sibi pertinere contendit[13]. – P. Basilius in fine addit: *His litteris, ad amputandas longiores dissentiones, nullum fuit redditum responsum.*

55 – DNI DE LIONNE EPISTOLA AD DNUM DELLA CHIESA, FOOCHOW 10 AUGUSTI 1690.

Ex. authentice recognitum in *APF*, cit., 643-44.

Abbas de Lionne respondit litteris Dni Della Chiesa *Shanghai* 18 nov. 1689 datis, quae deperditae videntur. Agit de pace inter missionarios fovenda, de mutua promovenda fiducia; de prudentia in S. Sede informanda de rebus tantum certissime comprobatis; de querelis propter accusationem olim a P. Basilio contra Dnum Maigrot Romam delatam[14].

56 – RELATIO DE VIA TERRESTRI EX AGRA USQUE IN SINAS, S. A. [1694].

Tria exstant exemplaria: in *APF SR Congr. 2*, 211-14; et *SR Congr. 5*, 539-40v; ac in *B. Fabr. 51*.

Quidam armenus catholicus, qui a. 1694 Nankinum pervenerat[15], rogatu Dni Della Chiesa hanc relationem dedit[16]. P. Basilius, iubente episcopo, illam conscripsit et Sanctae C. misit[17]. – Post itineris descriptionem, adduntur

[13] V. argumentationem de qua supra n. 9.
[14] V. supra ep. P. Basilii 6 oct. 1685, num. 29.
[15] Verisimiliter Dnus May, v. *SF V*, 309, n. 10.
[16] V. ep. Dni Della Chiesa 10 oct. 1694, num. 5, ed. in *SF V*, 309.
[17] Haec relatio ignota erat editoribus *SF V*; nota ib., 309, n. 11 corrigenda est.

observationes de modo hoc iter instituendi; de cura adhibenda in comestibilibus; de vocibus a sinensibus et ab indis usitatis ad denominandum imperium Sinarum et Mogolis, Thibet, thibetanos etc.

57 – P. ANTONII DA SILVA[18] EPISTOLA AD P. BASILIUM, NANKINI 1 NOVEMBRIS 1697.

Textus in *APF SO CP 1701-03*, 183.

P. Silva iussu Nankinensis episcopi[19] rogat ut P. Basilius tribus quaestionibus respondeat circa iurisdictionem eiusdem Ordinarii. V. supra responsum P. Basilii 2 nov. 1697.

58 – SECUNDA EPISTOLA EIUSDEM AD P. BASILIUM, NANKINI 4 NOVEMBRIS 1697.

Ex. ib., 184.

P. Silva iussu eiusdem episcopi clariorem urget responsum: an P. Basilius stet verbis non solum bullae provisionis[20], sed et erectionis dioecesis Nankinensis[21], v. supra responsum P. Basilii 4 nov. 1697.

59 – TERTIA EPISTOLA EIUSDEM AD P. BASILIUM, NANKINI 7 NOVEMBRIS 1697.

Textus ib., 184v-85v.

Dum priores epistolae lingua latina confectae sunt, haec ultima in lingua lusitana scripta est. Auctor vindicat iurisdictionem episcoporum contra illam quam vicarii apostolici adhuc in eodem territorio praetendunt, v. supra responsum P. Basilii 8 nov. 1697.

---

[18] SI lusitanus, secretarius Nankinensis episc., missionarius in Sinis a. 1695-1725, biogr. in *SF V*, 367, n. 4.

[19] D. Alex. Ciceri, SI italus, Nankinensis episc. a. 1694-1703, biogr. in *SF IV*, 155, n. 8.

[20] Bullae 25 ian. 1694, quibus D. Ciceri Nankinensis episc. electus est, v. *SF V*, 322-323.

[21] Bulla *Romanus Pontifex* 10 apr. 1690, ed. in *Bull. Rom.*, IX, 31-42.

IV

P. FR. IOANNES BAPTISTA MORELLI

A – BIOGRAPHIA

Angelus Adam Morelli, filius Francisci et Victoriae de Jacopo in urbe *Castronovo* Carfanianae (Tuscia) natus, die 7 februarii 1655 in ecclesia S. Petri baptizatus est[1]. Seraphicam religionem in provincia reformata romana a. 1674 amplectens, nomen Fr. Ioannis Baptistae assumpsit et die 30 oct. 1675 solemnem professionem emisit. Die 1 febr. 1679 a suis superioribus pro suscipiendo sacerdotio approbatus, paulo post sacrum presbyteratum recepit[2]. Eodem anno a S. C. de Prop. Fide inter suos missionarios admissus, decreto 12 oct. 1679 ad decennium pro missionibus vicariorum ap. in Siamo, Sinis etc. approbatus est[3].

P. Io. Baptista Morelli, comite P. Angelo de Albano, Roma exeunte febr. 1680 in portum Liburnum profectus est, opportunitatem navigandi in Syriam exspectaturus[4]. Hac spe defraudati, mox iussi sunt Venetias se conferre ut, in comitatu Dni Della Chiesa et patris Nicolai, iter ad missiones aggrederentur[5]. Florentiam pertranseuntes, perbenigne a Cosimo III, qui eis calicem donavit, recepti sunt[6]. Mense maio pervenerunt Venetias, ubi die 2 iulii 1680, in manibus Dni Della Chiesa, iuramentum a S. C. impositum praestiterunt[7]. Tandem die 25 octobris una cum sociis iter ad missiones aggressi, post longam navigationem maritimam et fluvialem ac plura terrestria itinera, in emporium Surate 22 febr. 1682 appulerunt[8].

---

[1] Archivum paroeciae S. Petri in Castelnovo de Garfagnana, *Liber baptizatorum a. 1642-68*, 78. V. etiam *Accademia serafica*, mss., 156; Modena, *Serie degli uomini illustri*, mss., 50, 157.

[2] *Acta prov. reform. rom.*, mss., IV, 157-58, 189, 219, 237, 268; *Registro di tutti li frati chierici*, mss., 80.

[3] V. supra biogr. Dni Nicolai, n. 6.

[4] V. ep. Dni Pallu 27 febr. 1680, apud Launay, *Lettres Pallu*, I, 313.

[5] Ep. Dni Pallu 27 martii 1680, ib., 315.

[6] V. supra ep. Della Chiesa 15 dec. 1681, num. 1.

[7] Ep. Della Chiesa ad Card. Altieri 18 maii 1680, in *APF SO CP 1680*, 37; docum. Morelli 2 iulii 1680.

[8] Ep. 16 dec. 1681, num. 2-5 et 8; ep. 14 apr. 1682, num. 2-4, 10-12; v. etiam supra biogr. Dni Nicolai, ad nn. 10-16.

Quatuor fratres in hoc portu inciderunt in Dnum Franciscum Pallu, qui ibi gallicam navem exspectabat, qua cum sociis in regnum siamense duceretur. D. Pallu, dum iussit ut D. Della Chiesa ac P. Nicolai recto tramite in sinicam missionem pergerent, patres Morelli et Angelum retinuit intentione eos Siami collocandi; qui die 24 apr. in comitatu Dni Pallu et sociorum navem gallicam *Saint-Joseph* conscenderunt et post felicem navigationem, a P. Morelli descriptam, Ayuthiam, in regni siamensis metropolim, 4 iulii 1682 advenerunt[9].

Interea D. Iacobus de Bourges, episc. tit. Aurensis et vicarius ap. de Tunkino, qui Ayuthiae episcopalem receperat consecrationem, in hac nave gallica (quae Dnum Franciscum Lefebvre una cum epistolis et donis Ludovici XIV ad Hanoi conducere debebat) Tunkinum repetiit, secum ducens quatuor novos missionarios: inter quos fuit P. Morelli, quem Dnus Pallu libenter pro hac missione cessit[10]. Ayuthia 15 iulii iam profecti, post iter maritimum unius mensis, per flumen rubrum in metropolim Hanoi ascenderunt[11]. Hic P. Io. Baptista per duos menses degit, munere secretarii Dni Lefebvre fungens. Interea, rege Tunkini defuncto, successor eius libertatem religiosam a Ludovico XIV petitam non ausus est concedere; ideoque D. Lefebvre et P. Morelli qui, secus ac socii, publice regnum intraverant, in Siamum reverti coacti sunt. Mense nov. in navem sese contulerunt et 13 dec. 1682 Siamum pervenerunt[12].

P. Morelli, per aliquot menses a Dno Laneau in seminario siamensi retentus, apostolicis muneribus dicatus est. A. 1683 ad Birmaniam destinatus, initio curam gerere debuit christianitatis vicinae de *Samkhok*, ex incolis peguanis[13] compositae, ut facilius indolem et linguam huius populi addisceret[14]. Huic missioni usque ad a. 1686 deservivit, residendo interea in seminario siamensi atque visitando aliquando alias missiones, inter quas v. gr. a. 1685 longinquam christianitatem,

---

[9] Ep. 25 dec. 1682, num. 2-6; ep. dec. 1682, num. 2-3; v. etiam Kaeppelin, *La compagnie des Indes et François Martin*, 177, 186-88; Baudiment, *Fr. Pallu*, 419-21.

[10] Ep. 25 dec. 1682, num. 6; ep. dec. 1682, num. 4; Baudiment, cit., 420, 424.

[11] Ep. 25 dec. 1682, num. 7-9; ep. dec. 1682, num. 5-6.

[12] Ep. 25 dec. 1682, num. 9-10 et 15; ep. dec. 1682, num. 10; *SF IV*, 487-88, n. 3.

[13] Seu populares de regno Pegu, quod una cum regno Ava territorium Birmaniae actualis constituit.

[14] Ep. nov. 1683, num. 3; ep. 10 ian. 1684, num. 3.

verisimiliter de proprio missionario ad tempus privatam[15]. Exeunte sept. 1686, a vicario ap. minister populi peguani – prope limites Birmaniae, sed in ipso Siamo degentis – electus, una cum quodam sacerdote gallo in hanc longinquam provinciam se contulit. Post iter octo dierum socium graviter aegrotantem in Ayuthiam ducere debuit[16]. Dum autem expectaret eius convalescentiam ut iter ad hanc missionem denuo aggrederetur, novam destinationem alieni prorsus generis obtinuit.

D. Constantinus Phaulkon, ex Cephalonia oriundus et primus regis siamensis minister factus, consilium iniit favores reipublicae venetae pro natali solo et propria familia petere. Ad hunc scopum obtinendum P. Morelli cum consensu vicarii ap., iam mense oct. 1686, Venetias petere iussus est, ut nomine Dni Phaulkon oratoris munere apud Serenissimam fungeretur[17].

P. Io. Baptista, comite Dno Nicolao Charmot, Ayuthiae 13 dec. 1686 navem anglicam conscendit, die 30 dec. Malacam advenit et die 25 ian. 1687 in sultanatum de Achem (Sumatra) appulit. Hic, postquam D. Charmot in aliam navem transiit qua citius Europam attingeret, P. Morelli solus per septem menses degere coactus est, et una cum mercatoribus huius navis portus de Bencoolen et Cilebar visitavit[18]. Iter maritimum die 3 aug. denuo aggressus, die 5 oct. per promontorium de Bona Spe transiit et in insulam S. Helenae 26 oct. appulit. Die 18 nov. iter persequens, in insulam Ascensionis die 24 nov. advenit. Recto tramite deinde Angliam petens, in portum Plymouth 8 febr. 1688 appulit; a quo 22 martii discedens, in alia nave Londinium circa finem huius mensis attigit[19].

Interea D. Charmot, socius P. Io. Baptistae, qui munera Dni Phaulkon pro republica veneta secum asportaverat, infelicem navigationem habuit, maiorem partem donorum naufragio perdidit et in Galliam, solum octo menses postquam P. Morelli in Angliam appulerat,

---

[15] Ep. 20 sept. 1686, num. 1; v. etiam ep. Nicolai 26 iunii 1684, num. 1, ed. in *SF IV*, 501.

[16] Ep. 20 sept. 1686, num. 37; ep. 2 apr. 1688, num. 1.

[17] Ep. 2 apr. 1688, num. 1; ep. ad cardinales a. 1689, num. 1.

[18] Ep. 2 apr. 1688, num. 12-22; ep. ad card. a. 1689, num. 2.

[19] Ep. 2 apr. 1688, num. 23-30.

pervenit[20]. P. Io. Baptista, qui Londinii Dnum Charmot diu exspectabat, recepto hoc nuntio, statim se in Galliam contulit, in portum Caleti (Calais) mense febr. 1689 advenit et recte Parisios petiit[21]. Dum in hac metropoli frustra tentavit residuam munerum partem pro republica veneta recuperare, rumor pervenit Dnum Phaulkon interemptum esse et ita de toto evanuit omnis ratio suae legationis Venetias[22]. In Italiam itaque regressus, Romam adivit, in collegio S. Petri in Monte Aureo residentiam fixit ac totam historiam suae legationis et regressus ex missione Sacrae C. Cardinalibus exposuit. Missiones tamen repetere cupiens, novum decretum ac subsidium poposcit, quibus iter ad Extremum Orientem denuo inire posset[23].

Die 15 nov. 1689 obtinuit P. Morelli novum decretum S. C., quo ad alterum decennium in missiones vicariorum ap. missus est, excepto tamen ad petitionem Dni Laneau regno siamensi[24]. Cupiens sub dependentia Dni Della Chiesa laborare, Lusitaniam adiit et Olisiponem mense maio 1690 advenit[25]. In hanc metropolim paulo ante appulerat P. Ioannes Evang. Zuckmandel, OFM bohemus, in adiutorium Dni Della Chiesa ad Sinas destinatus, cuius socius, itinere interrupto, ad propriam provinciam regressus est. P. Morelli ergo P. Ioannem itineris comitem assumpsit. Ambo iterato petierunt licentiam Sinas navibus lusitanis adeundi, sed frustra. Patronatus lusitanus enim, omnes missionarios sibi devincere volens, strictissime ab eis exigebat iuramentum fidelitatis, quod S. C. omnino vetuerat. Postquam per annum omnia incassum attentaverant, duo patres tandem superiorum consilio in Hispaniam profecti sunt[26], ubi P. Morelli concilium Indiarum

---

[20] Ep. ad card. a. 1689, num. 1-3; ep. 19 nov. 1689, num. 4-5.

[21] Ep. 11 febr. 1689, num. 1; ep. ad card. a. 1689, num. 3; ep. 19 nov. 1689, num. 3-4.

[22] Ep. ad cardinales a. 1689, num. 3; ep. 19 nov. 1689, num. 1.

[23] Ep. ad card. a. 1689, num. 1-4; ep. 19 nov. 1689, num. 1.

[24] Ep. 19 nov. 1689, num. 1; *APF Acta CC GG 1709*, vol. 79, 533-37; v. etiam ep. Dni Laneau 30 oct. 1686, in *AME 859*, 438; ep. Dni Cicé 30 dec. 1702 et 20 nov. 1706, in *APF SOR CG 550*, 401-02; *SR Congr. 9*, 638-39.

[25] Ep. 19 nov. 1689, num. 2; duas ep. 24 martii 1691; ep. 7 iulii 1694, num. 2; v. etiam ep. patris Zuckmandel 3 apr. 1691, in *APF SOR CG 511*, 103.

[26] Prima ep. 24 martii 1691, num. 2; libellus supplex a. 1691, num. 2; ep. 15 dec. 1694, num. 2; docum. 28 sept. 1695, num. 4; v. etiam ep. patris Zuckmandel 3 apr. 1691, cit.; et 30 apr. 1690 ac 30 aug. 1691, in *APF SR Congr. 5*, 591; ib. *Missioni I*, 275; v. etiam *SF V*, 311, num. 2.

(*Consejo de Indias*) libello supplici rogavit ut via Mexici et Philippinarum Sinas petere ei permitteretur. Cum etiam haec petitio die 11 oct. 1691 reiecta sit[27], P. Zuckmandel animo fractus sinensi missioni renuntiare statuit, sed exhortatus a S. C., uti videtur, in vocatione sua remansit[28]. Ambo ergo in Italiam reversi, portum Liburnum adierunt, sperantes eadem via, qua P. Morelli prima vice Siamum petierat, ire tandem ad Sinas[29]. Nihilominus P. Morelli mense iulio 1692 propter varia negotia a S. C. Romam evocatus, in Urbe remansit per septem menses, donec cum licentia S. C. mense febr. 1693 portum Liburnum repetere potuit[30]. Die 14 apr. 1693, comite P. Zuckmandel, navem gallicam conscendit et post mensem appulit Alexandrettam[31]. Comite in peregrinatione defuncto[32], solus longinqua itinera aggressus, die 28 vel 29 maii Aleppum adventavit et iam 9 iunii iter terrestre per Syriam et Persiam suscepit. Etsi in itinere magnas aerumnas passus sit, die 23 iunii pervenit sat feliciter Baghdad, ubi apud Capuccinos gallos peroptime receptus est[33]. Cum via fluvialis in Bassoram propter bella impedita fuerit, iter usque in sinum persicum pedibus conficere statuit. Circa 20 aug. profectus, post 26 dies Ispahan 18 sept. advenit. Post unum mensem, in comitatu mercatorum armenorum iter denuo arripuit, per urbes Shiraz et Lar transiens, demum in portu Kangan iter terrestre 13 nov. conclusit[34].

In hac urbe, ope cuiusdam p. augustiniani lusitani – huius christianitatis ministri – transitum in quadam navi Surate petenti facile obtinuit. Die 10 dec. iter maritimum ingressus est, Bombay profecturus. Inveniendo hanc civitatem pestilentia infectam, prudentius iudicavit contagionis pericula evadere; unde navem dereliquit et iter in Surate pedibus prosecutus est[35]. In hac autem peregrinatione altera

---

[27] Libellus supplex a. 1691, textus et n. 21.

[28] V. ep. patris Zuckmandel 30 aug. 1691, cit.

[29] Docum. 28 sept. 1695, num. 4; ep. 24 martii 1696, num. 1.

[30] Docum. 28 sept. 1695, num. 4-5.

[31] Ep. 7 iulii 1694, num. 2; ep. 15 dec. 1694, num. 4; ep. 24 martii 1696, num. 1 – Notandum tamen quod nomen socii nullibi in ep. P. Io. Baptistae occurrit.

[32] Ep. 7 iulii 1694, num. 2. – Revera ignoramus quo tempore socius defunctus est; cum autem nulla de eo mentio fit in diffusa itineris narratione 15 dec. 1694, supponendum videtur eum in prima parte huius peregrinationis iam obiisse.

[33] Ep. 15 dec. 1694, num. 4-9; ep. 24 martii 1696, num. 1-2.

[34] Ep. 15 dec. 1694, num. 9-12; ep. 24 martii 1696, num. 3.

[35] Ep. 15 dec. 1694, num. 14.

vice a latronibus omnibus quae secum portabat exspoliatus est[36]; eleemosynis dein obtentis, per urbem Basseim et Damão pertransivit et Surate, in residentiam Capuccinorum gallorum, 20 ian. 1694 tandem advenit[37].

Subsidio consumpto, et cum nullam navem quae Sinas peteret invenisset, per annum et amplius in hoc emporio remansit[38]. Tandem 17 martii 1695 navem conscendit[39]. In sultanatu de Achem recepit nuntium de obitu P. Angeli de Albano, socii primae navigationis[40]. Deinde in Sinas pergens, post 28 menses a discessu ex portu Liburno, Cantonem 17 aug. 1695 tandem appulit[41].

In civ. Cantoniensi a fratribus hispanis benigne exceptus, habitabat in residentia S. Francisci extra moenia usque ad principium anni 1697, studio linguae sinensis incumbens et in ministerio huius ecclesiae assistentiam praebens[42]. A missione seraphica hispana libenter sustentabatur. Cum autem nullum subsidium S. C. obtinuerit, statuit in hac provincia *Kwangtung* christianitates huius missionis administrare[43]. Interea D. Franciscus Perez, antiquus suus socius in missione siamensi, nunc autem episc. tit. Bugiensis et vicarius ap. de Cocincina, eum instanter etiam atque etiam in hoc regnum accersivit. Accepta invitatione, P. Morelli discessum e portu Cantoniensi iam praeparaverat, ut cum quodam famulo – a Dno Perez Cantonem misso ut illum usque in Cocincinam duceret – proficisceretur[44]. Inopinate autem P. Nicolai, Romam petens, in hanc metropolim 4 ian. 1697 pervenit eique magnum desiderium Dni Della Chiesa manifestavit, ut quam citius Nankinum se conferret. D. Bernardinus enim, post dimissionem P. Io. Francisci in Urbem, solus in hac metropoli cum

---

[36] Ib., num. 15; ep. 7 iulii 1694, num. 2; *duas vezes foy furtado*. Non dicit tamen ubi altera vice expilatus fuit.

[37] Ep. 15 dec. 1694, num. 15 et 21.

[38] Ib., num. 21, 25 et 26.

[39] Ep. 18 nov. 1695, num. 1.

[40] Ib., num. 3.

[41] Ib., num. 1.

[42] Ib., n. 5; *SF IV*, 176, num. 9.

[43] Ep. 18 nov. 1695, num. 7; ep. 24 martii 1696 Cantone data.

[44] Ep. 22 oct. 1698, num. 1; *SF IV*, 176, num. 9; *SF V*, 377, num. 2.

infirmo P. Basilio relictus, summopere assistentiam P. Io. Baptistae exoptabat, sibi perutilem eius operam credens[45].

P. Morelli, precibus Dni Bernardini et Patris Nicolai obtemperans, missioni Cocincinae ad tempus renuntiavit[46]. Post Nativitatem Domini a. 1697 iter in provinciam Nankinensem aggrediens, mense febr. 1698 in hanc metropolim advenit[47] ibique, perdurante P. Basilii infirmitate, magna caritate ei adstitit eumque curavit[48]. Etiam P. Io. Baptista parum bene se habens, de insalubri loco et aere dolens, nec conditionibus vitae missionariae in Sinis aptus se sentiens, iam post decem menses a Dno Della Chiesa licentiam obtinuit ut, ad replicatas preces Dni Perez, vicariatum Cocincinae adiret; ideoque statuit Nankino, post festum Omnium Sanctorum, abire[49]. Cantonem 13 dec. 1698 adveniens[50], statim in Cocincinam navigare voluit; sed, propter persecutionem in missione Dni Perez grassantem, mense febr. 1699 ex hac metropoli via maritima in Siamum profectus est, sperans, pace Ecclesiae restituta, se ex Siamo posse in Cocincinam penetrare[51]. P. Morelli solum per tres annos cum dimidio in sinica missione remanserat.

A. 1700 ex regno siamensi discedens, Manilam petiit eleemosynarum colligendarum causa[52]. A. 1701 in Siamum regressus, per duos annos et amplius in hac missione degit et, ad preces vicarii ap., sese in residentiam patrum Soc. Iesu recepit[53]. A. 1705 iterum Philippinas adiit ibique 8 octobris 1705 epistolam conscripsit[54]. A. 1706 denuo Siamum repetiit[55], sed paulo post in Indias Orientales profectus est;

---

[45] Ep. 22 oct. 1698, num. 1; *SF IV*, 571, num. 3; *SF V*, 377, num. 2; v. etiam supra ep. Nicolai 20 ian. 1697, num. 6.

[46] V. citatam ep. Dni Nicolai.

[47] Ep. 26 dec. 1697, num. 2. – Ignoratur dies eius adventus; prima vice autem Nankini memoratur in ep. Dni Della Chiesa supra edita 28 febr. 1698, num. 9.

[48] V. supra ep. Brollo ad card. 22 oct. 1698, num. 6.

[49] Ep. 21 oct. 1698, num. 1; ep. 22 oct. 1698, num. 2-3; v. etiam ep. Brollo ad card. 22 oct. 1698, num. 6.

[50] V. ep. Dni Basset a. 1698, in *AME 400*, 407-08.

[51] *SF IV*, 343, num. 10; 347-48, num. 14.

[52] V. ep. Dni Perez 25 iulii 1701, ed. in *AIA*, 18 (1922), 333.

[53] V. ep. Dni de Cicé 30 dec. 1702, in *APF SOR CG 550*, 401-02.

[54] V. ep. Dni de Cicé 20 nov. 1706, in *APF SR Congr. 9*, 638-39. Citata ep. patris Morelli 8 oct. 1705, quae deperdita est, memoratur in *Inv. Candela*, mss., 57.

[55] Ep. Dni de Cicé 20 nov. 1706, cit.

nam die 30 aprilis a. 1707 epistolam ex urbe Pondichéry ad Dnum Della Chiesa dedit, in qua falsis nuntiis deceptus, res S. Sedi iniuriosas episcopo significavit[56]. Dein in dioecesi S. Thomae de Meliapur remansit ibique a. 1708 librum composuit[57] apologeticum Fidei catholicae contra innovationes a protestantibus in Indias introductas. Hic liber Mexici a. 1710 publici iuris factus est eique sequens inscribitur titulus:

Luzeiro evangelico que mostra a todos os christãos das Indias orientais o caminho unico, seguro e certo da recta fe para chegarem ao porto da salvação eterna; ou instrucção dos principais artigos da religião christã controvertidos, as quais se explicão com claridade e se provão com evidencia pela Escritura Sagrada, pelos S. Concilios e S. Padres dos primeiros seculos. Obra de muita utilidade para os ministros e christãos todos, catholicos e protestantes, doutos e indoutos. Dedicada ao Santissimo Padre e pastor da Igreja catholica Clemente XI P. M. pelo R. P. Fr. João Bauptista Morelli, escrita em S. Thomé cidade da India oriental anno de 1708. Mexici 1710[58].

Mense sept. vel oct. a. 1708 denuo in insulas Philippinas appulit[59]. D. Car. Thomas de Tournon, legatus apostolicus in Sinis etc., ei 24 apr. 1709 mandavit ut dehinc in hac provincia S. Gregorii apud fratres hispanos remaneret[60]. Secundum P. Gómez Platero, P. Io. Baptista eodem anno cum licentia ministri provincialis Manilensis Europam repetiit[61]. Nil aliud de eius vita scimus, nisi quod 8 sept. 1716 vitam naturae reddidit, et quidem, ut arbitratur P. Honoratus Pistoia, in quodam itinere[62].

---

[56] V. supra ep. Della Chiesa 27 dec. 1707, num. 2; ep. 31 maii 1709, num. 5.

[57] In ipso libri titulo dicitur: *escrita em S. Thome ... anno de 1708.*

[58] Pp. 18 + 492, 2 ffnc., v. J. M. Beristain y Souza, *Biblioteca hispano americana septentrional, o catálogo y noticias de los literatos*, Mexici s. a. (nova ed. post a. 1947), III, 278; v. etiam Streit, *BM* I, 354-55; et VI, 28-29.

[59] V. excerptum ep. P. Bernardini Mercado ad P. Io. Astudillo, Macai a. 1709 datae, in *B. Cas. 1630*, 94; ep. P. Io. Baptistae de Illiceto ad Dnum Tournon, Macai 23 martii 1709, ib., 94.

[60] V. ep. Dni Tournon ad ministrum provincialem Manilae, Macai 24 apr. 1709 datam, summarium in *B. Cas. 1649*, 155.

[61] V. Gómez Platero, *Catalogo biográfico*, 378.

[62] V. Spila, *Memorie storiche*, II, 134; Pistoia, *Il P. Angelo di Albano*, 21, n. 46.

B – EPISTOLAE ET RELATIONES

I

PRAESTATIO IURAMENTI, VENETIIS 2 IULII 1680.

Autogr. in *APF SO CP 1677 (2)*, 334r-v. Ex. auth. in *AME 425*, 95-97.

Inc. Ego infrascriptus ... humiliter obtemperando decreto S. C.

P. Morelli iuramentum in decretum 29 ian. 1680[1] praescriptum in manibus Dni Della Chiesa emittit. Hoc actum est Venetiis in conventu S. Bonaventurae, in ipsa festivitate Visitationis B. M. V., coram testibus PP. Io. Baptista de Aquila[2] et Io. Francisco Nicolai[3].

P. Morelli addit quod idem iuramentum in manibus P. Io. Baptistae de Aquila, sui superioris quantum ad regularem observantiam[4], prius iam emiserat.

II

EPISTOLA AD COSIMUM III[5], BASSORAE 16 DECEMBRIS 1681.

Autogr. in *ASF Mediceo 1605*, 205. Epistola etiam a P. Angelo de Albano[6] subscripta est.

1. Stimando molto ragionevole – per parte delle grande obligattioni e dell'humile e riverente ossequio, di che viviamo professori perpetui dell'A. V. Ser. – d'inviarli un picciolo testimonio della viva memoria che ne conserviamo; dopo molto tempo applicato nel viaggio di mare

---

[1] Textus apud Maas, *Cartas*, II, 149-51.

[2] OFM italus, prov. S. Bernardini alumnus, v. supra ep. Nicolai 29 iunii 1680, n. 5; *SF IV*, 479, n. 3.

[3] PP. Nicolai, Morelli atque P. Angelus de Albano erant socii Dni Della Chiesa. P. Io. Baptista de Aquila a ministro generali eis superior datus est; Venetiis tamen, iubente S. C., missioni huic renuntiavit; mense aug. 1680 P. Basilius Brollo in eius locum suffectus est.

[4] P. Morelli postea in Siamo 14 iulii 1682 et 25 iunii 1683 hoc iuramentum denuo emisit, textus in *AME 878*, 319-21 et 449; *APF SO CP 1679-83*, 346-47.

[5] Cosimus III, magnus Tusciae dux a. 1669-1723.

[6] P. Angelus de Albano, OFM italus, socius patris Morelli, missionarius in Siamo et insulis Nicobar a. 1682-94, biogr. supra in ep. Della Chiesa 15 dec. 1681, n. 4.

e di terra, essendo finalmente arivati col divino aiuto in questa città di Bassora, gli 8 decembre 1681[7]; dove aspettiamo di ripigliar la nova navigattione per Suratte[8] e per li regni della China, in una nave de mori, da giorno in giorno; et anco di raguagliare con breve compendio l'A. V. Ser. – in conformità dell'impositione, riceutane per sua somma benignità[9] – de' successi ed esito del nostro viaggio, da che con profonda riverenza gli offerimmo la nostra perpetua servitù, prosequendo l'intrapreso camino sin al giorno d'oggi; e supponendo dell'ottima salute di V. A., per la quale non manchiamo per sempre offerire a Dio incessanti preghi ne' nostri sacrificii; seguì donque così che, gionti a Venetia[10], per 6 mesi aspettammo l'imbarco in quella città.

2. Imbarcammo finalmente li 25 ottobre 1680 sopra una nave venetiana[11]. Nè passorono molti giorni che il mare con le sue solite fortune principiò a tentar d'indurci in mille infortunii. Calcassemo l'onde più spumanti che gorgogliavano in un seno tutto sdegnato; la ferocia del quale non potendoci sopportare, cercò più volte spingerci in terra per atterarci, come in altri haveva effettuato nel medemo tempo, se da mano più potente mirabilmente non fossemo stati, o risospinti in salvo, o condotti in porto sicuro[12].

3. Basti solo il dire che durò 3 mesi e giorni il contrasto col mare e coi venti per arivare in Corfù; dove giunti[13], per 3 altri mesi

---

[7] Bassora seu Basrah, civ. et portus hodierni regni Iraq, non longe a sinu persico sita. P. Morelli ac socii: D. Della Chiesa et PP. Bas. Brollo, Io. Franc. Nicolai ac Angelus de Albano, hac die in Bassoram appulerunt, v. etiam supra ep. Brollo ad Val. Brollo 14 dec. 1681, num. 3.

[8] Surat, civ. et portus imperii Mogol, v. supra ep. Della Chiesa 7 martii 1682, n. 6. – Patres reapse die 17 dec. Bassora profecti sunt, v. ep. seq., num. 2.

[9] PP. Morelli et Angelus de Albano, per Florentiam a. 1680 transeuntes, a Cosimo III benigne recepti fuerunt, v. supra ep. Della Chiesa 15 dec. 1681, num. 1 et n. 3.

[10] D. Della Chiesa et P. Nicolai exeunte apr. 1680 Venetias pervenerunt. PP. Morelli, Angelus de Albano et Io. Bapt. de Aquila circa medietatem mensis maii in hanc civ. advenerunt, v. ep. Della Chiesa Venetiis 27 apr. et 18 maii 1680 datas.

[11] Dies eorum discessus e Venetiis in *SF IV*, 463 et in *SF V*, 4, corrigenda est; iam statuta erat dies 18 oct., v. ep. Della Chiesa 18 oct. 1680; sed propter varias causas tantum die 25 oct. profecti sunt.

[12] V. narrationem P. Basilii, supra in ep. Brollo 10 nov. 1680; 16, 17 et 19 febr. 1681.

[13] P. Morelli et socii Corcyram (Corfù) die 21 ian. 1681 appulerunt, ita D. Della Chiesa in ep. 4 febr. 1681. P. Basilius dat diem 22 et 23 ianuarii, v. supra ep. Brollo 16 febr. 1681, num. 2; ep. 19 febr. 1681, num. 3; ep. 27 iunii 1681, num. 1.

aspettammo d'esser convogliati dalle navi di guerra con altre navi di mercantie; dopo quali, diedero le vele a' venti[14] per l'isole del Zante[15] e dell'arcipelago, fino alle bocche di Costantinopoli[16], per condurre in salvo a quella volta alcune delle suddette navi di mercantia. Con che prendessemo porto nel Tenedo[17], havendo per qualche giorno hauto commodità di contemplare le ruine dell'antica Troia[18]. E poi, sarpate l'ancore, ricircolassemo a vento prospero per le Smirne[19]; e quivi parimente dato fondo[20], havessemo per un giorno congiuntura di considerare quella città, molto copiosa di merci; e di forma e fabbriche l'osservassimo non molto dissimile a quelle d'Italia.

4. Seguendo doppo il viaggio, vedessimo non molto da lungi la bell'isola di Scio[21], dilettevole alla vista per la sua prospettiva, più d'ogni altra da noi riguardata. Pervenuti in Candia[22], si portassimo nel porto della Suda; dove riaccompagnandosi con altre navi di mercantia, tendessimo con viaggio sempre securo e senza insidie di corsari, per Alessandria d'Egitto[23]; di là per Cipro[24], e poi per Tripoli di Soria[25] et Alessandretta[26]; dove arivassemo felicemente, applicatevi altri 3 mesi[27]. D'onde per Aleppo cominciammo il viaggio di terra, sperimentando i caldi più eccessivi del Levante, quasi insopportabile ai viatori in tempi d'estate. Colà in pochi giorni arivati nel fin di luglio,

---

[14] Patres, impensis Dni Pauli Micheli, Corcyra die 27 apr. profecti sunt, v. supra ep. Brollo, docum. 27 iunii 1681, num. 1.

[15] Insula Xante, ubi 3 maii pervenerunt et 8 maii profecti sunt, ib., num. 1 et 2.

[16] Seu Bosphorus, ubi 17 maii appulerunt, ib., ad n. 11.

[17] Insula Tenedos, ib., ad n. 13.

[18] Litus Troianum, ib., ad n. 12.

[19] Smyrna, urbs maritima Turchiae.

[20] Die 27 maii Smyrnam pervenerunt ibique usque ad 29 maii remanserunt, ib., num. 3.

[21] Insula Chios, quam 31 maii videre potuerunt, ib., ad n. 16.

[22] Missionarii OFM die 5 iunii in insulam Cretam seu Candiam appulerunt, ib., num. 3.

[23] Cretae 11 iunii profecti sunt in Alexandriam, ib., num. 5 et 6.

[24] Insula Cyprus, ubi 19 iunii appulerunt, ib., num. 6, ad n. 25.

[25] Die 27 iunii in civ. Tripolim de Syria advenerunt, ib., num. 6.

[26] Seu Iskanderun, ib., n. 26.

[27] P. Morelli et socii Aleppum 25 iulii 1681 pervenerant, v. ep. Della Chiesa 8 aug. 1681: erant ergo circa tres menses itineris a discessu ex Corcyra die 27 aprilis usque ad adventum in Aleppo.

fermassemo per un mese in quella città, molto popolata e mercantile[28]. Stupimmo nel veder[a] le donne tutte coperte, in guisa che niuna parte del corpo si puol rimirar, contrario in vero alle nostre d'Italia.

5. Ripigliammo il viaggio di terra, li 28 agosto 1681, in buona caravana[29] per Dierbechier[30], nella Mesopotamia; e per l'antica Ninive, hora Mussol[31]. Soffrissemo caldi estremi, vedemmo varie città e ville, in alcune delle quali ci convenne pagare, come europei franchi, qualche somma di danaro[32]: havendo per concetto commune che tutti essi ne siano carichi, ove più dove meno, essendo gli ministri in quelle varii nella piacevolezza e nel rigore. Vedemmo diversi popoli, cioè: arabi, curdi, turcomeni et altri, poco differenti dalle bestie co' quali coabitano, imitando gli loro costumi. Li primi si servono di cavallo e lancia, li secondi e tertii d'arme di foco e d'arco; e gl'uni e gl'altri habitano ne' monti e ne' piani, da presso ai fiumi sotto tentorii o padiglioni, opure in tugurii di canne e rami d'alberi: quelli per trasferirsi da luoco in luoco molto facili, questi non meno facili a disfarsi e rifarsi per simile effetto consueto fra loro, dati per il più a latrocinii e facendo molto danno alle carovane. Più volte n'incontrammo; una sol volta però in poca quantità attentorono d'insidiarci, con loro disaventura, restandone uno col cavallo feriti a morte d'alcuni che per difesa gli offesero[33].

6. Le fabriche per il più sono di terra e matoni di creta cotta al sole; e molto dissimili alle nostre d'Italia, che può ben chiamarsi in riguardo a questi luoghi paradiso terrestre. È bandito dalle feste il suono e canti con gli strumenti, dalle mense la pulitia, dal tratto la civiltà, dalle vivande il condimento e la copia. Possiede ma non gode i beni chi li ha; giacchè se a sorte è conosciuto per commodo, molti incommodi riceve da chi comanda con imperio tirannico.

---

[a] In mss. *vededer*.

---

[28] Aleppi remanserunt a die 25 iulii usque ad 28 augusti, v. infra num. 5.
[29] V. etiam supra ep. Brollo 14 dec. 1681, num. 2; ep. Della Chiesa 22 iulii 1682.
[30] Diyarbekir, hodie Amid, ep. cit., n. 6.
[31] Ninive, antiqua Assiriae metropolis, in conspectu civitatis Mossul, v. supra ep. Brollo 23 aug. 1681, n. 2 et 3.
[32] Hoc prima vice occurrit in loco Severic, v. ep. Della Chiesa 22 iulii 1682.
[33] V. etiam supra ep. Brollo 14 dec. 1681; ac cit. ep. Dni Della Chiesa.

7. Son ben singolari i cavalli, disposti per velocissimo corso e di bellissima presenza; son in gran quantità i cameli e molti cigni et altri vari ucelli, habitatori del Tigre[34]. È questo ammirabile per la sua velocità nel scorere al mare, singolarmente – come riferiscono – nella primavera. Passando da presso Dierbechier, tende per Mussol e Bagdad[35]; sin dove, da detta Dierbechier, non può navigarsi che con alcune fabriche d'utri gonfi, in buona quantità disposti in forma quadra e colligati con legni in simil figura; talmente rialzati in piano i legni, che salve dall'acqua restino le mercantie e passaggieri, condotte dalla seconda delle medeme acque e regolate con due remi malfatti; il nome delle quali è detto *calech*[36].

8. Da Bagdad a Bassora[37] il medemo si naviga con barche ben fortificate; qual vien risospinto dal flusso e reflusso del mare molto violento, per sei giornate indietro, con crescenza e mancanza ad hore determinate. Quì si unisce con esso il fiume Eufrate[38], e si forma fiume navigabile da qual[si]sia grossa nave. Detto Eufrate score per l'Arabia deserta alla parte australe e s'incontra, 5 giorni lontano d'Aleppo, presso d'una città detta Bire[39], posta alle falde d'alcuni monti, riservandosi in quella una fortezza antica e molto notabile, benchè in parte dirocata.

9. In questi popoli non accade ricercar periti nell'arti mechaniche, nè pur infarinati nell'arti liberali, essendo di queste privi e in quelle poco instrutti. L'arte medica e i medicamenti non vi si trovano; onde ogni franco è reputato medico. Che però ci dogliamo non haver supplicato, a quel tempo che potevamo, l'A. V. Ser. che c'aggratiasse degl'olii della sua fonderia[40], essendo ben certi delle sue gratie, quando ne conserviamo appresso di noi il testimonio d'altre già riceute.

---

[34] Flumen Tigris, v. supra ep. Brollo ad provinc. 14 dec. 1681, n. 7.

[35] Baghdad, civ. ad ripam Tigris, v. supra ep. Brollo 23 aug. 1681, n. 4.

[36] *Kelek*, v. supra ep. Brollo ad prov. 14 dec. 1681, n. 9; ep. ad Val. Brollo 14 dec. 1681, num. 3.

[37] P. Morelli et socii 6 nov. 1681 in Baghdad pervenerunt ibique die 19 huius mensis profecti sunt, v. cit. ep. Brollo ad prov., num. 3.

[38] Flumen Euphrates, ib., n. 4.

[39] Birecik seu Biredijk, ib., n. 5.

[40] Hanc eandem petitionem fecerat D. Della Chiesa, v. supra ep. 15 dec. 1681, num. 1.

10. Però compiacendosi riceverne la supplica, non vi sarebbe altro modo, per restarne proveduti dalla sua somma benignità, che li RR. PP. Cappuccini[41]; de' quali si ritrovano in Aleppo, Dierbechier, Bagdad e Suratte, a' quali da quelli d'Italia, anzi dalla propria città ove risiede l'A. V.[42], inviati e racomandati per sicuro ricapito a noi nelli regni della China, facilmente gli potressemo ricevere, per nostro proprio uso tanto necessarii e per aiuto d'altri christiani di quelle parti. Confidiamo di ciò nella Ser. A. V., a cui significhiamo in ultimo le miserie de' christiani di questi luoghi – per il più eretici suriani, armeni e nestoriani – de' quali ben spesso abbracciano la legge maomettana; si come ritrovandoci in Mussol, ne vedessimo cadere in questo errore due giovani, non senza dolore.

11. Altre particolarità, si come non l'habbiamo investigate, così non le scriviamo, non essendo ciò il nostro proprio intento. Solo vedemmo di più il non esser di quella antica e grande Ninive: che giace, sepolta ed incenerita, passato il fiume Tigre, alla parte grecale di detto Mussol; in campo spatiosissimo, sollevato in piccioli e molti colli dalle di lei proprie ruine; havendo non meno osservato sepolte le replicate Babilonie, con tante memorie d'edificii ruinati, quanto bastano il segnar il *quì furono.* Se vedremo per l'avvenire altre particolarità, non mancaremo notificarle a V. A.; mentre per hora, chiedendo venia della prolissità nel racconto, abbreviandoci nella nostra bassezza, con humilissimo e riverente ossequio inchinati a V. S. A., gli preghiamo longhissima serie d'anni con ogni felicità.

---

[41] Missiones OFM Cap. prov. Turonensis, v. *APF SOR CG 488*, 128-29.
[42] Florentiae.

III

EPISTOLA AD COSIMUM III, SURATE[1] 14 APRILIS 1682.

Autogr. in *ASF Mediceo 1605*, 206. Epistola subscripta est etiam a P. Angelo de Albano[2].

1. Già che la divina providenza s'è compiaciuta dirigere il nostro viaggio e con prosperi successi ci ha condotto in questa città di Suratte[3], dove al presente ci ritroviamo ambi con ottima salute – quale perfettissima supponiamo e crediamo di V. A. Ser. e di tutta la sua ser. casa –, stimiamo efficacissimo il motivo di scriverli questa nostra; nella quale, con breve racconto, significaremo quanto – dalla partenza di Bassora fin quì – habbiamo sperimentato o veduto delle qualità de' luoghi e persone di queste parti orientali; havendo inviato a V. A. Ser. un'altra nostra del medesimo ordine da detta città di Bassora[4], narrandole per quella quanto havevamo per avanti osservato nel nostro viaggio di singolare, sperando – se haverà sicuro ricapito – dover esser dalla somma benignità di V. A. Ser. gradita. Onde parimente con la seconda non possiamo restar di sodisfare, con qualche segno di gratitudine, alle obligationi che professiamo a V. A. Ser.

2. Seguì la nostra partenza da Bassora il 17 decembre 1681[5] in un grande e forte vascello di un mercante turco, habitante quì in Suratte. In esso vi ritrovammo un capitano olandese, ma molto humano e riverente; a segno che chiunque fosse capitano catholico, di poco poteva eccederlo nelle cortesie che da esso ricevemmo. Eravi parimente in luogo di governatore un signore armeno, di egual benignità verso di noi, con altra moltitudine di mercanti e passeggieri turchi, armeni, morri et arabi, circa il numero di 300, che venivano in questa città.

---

[1] Civ. et portus imperii magni Mogol, v. supra ep. praec., n. 8.

[2] Ib., n. 6.

[3] P. Morelli et socii ex Baghdad 19 nov. 1681 profecti, Bassoram 8 dec. 1681 pervenerant; ex hac civ. 17 dec. 1681 abeuntes, in portum Surate 22 febr. 1682 appulerunt, v. supra ep. Della Chiesa 7 martii 1682, num. 1; ep. Brollo ad Val. Brollo 7 martii 1682, num. 1; ac infra num. 2-10.

[4] Ep. praec.

[5] V. etiam supra, n. 3.

3. Fummo 6 giorni per il fiume Tigre[6] per andare al mare; non che tanto tempo si richieda; ma perchè, quando l'acqua rivolta, è tanto il corso vehemente (col quale per alquante giornate fa correre il fiume all'insù) che, se non ci è vento gagliardo che vincer possa la corrente dell'acque, si getta l'ancora. Gionti per un giorno dentro mare, si alzò una tempesta horribile, nella quale fu molto timore di naufragare per ritrovarsi in poca acqua. Finalmente perdutasi l'ancora, con il barchetto della nave si diede una sola vela al vento; et in quella notte, che era del SSmo Natale, si fece cento miglia. Gionti ad un'isola detta Aharech[7], dimorò ivi la nave per 3 giorni per ricevere novi mercanti e mercantie.

